30, Rue de l'École de Médecine
A. ... RE,
Ache... èques &
... ant.
PARIS

LIBRAIRIE MEDICALE
CH. BOULANGE
11, R. de l'Ancienne Comédie PARIS

D. IV.

32387/B

1) LAURENBERG P

2) PSELLUS M. C

1528 R. 45·F.42 26844

2/7/11

LAURENBERG, P.

ANONYMI INTRODUCTIO ANATOMICA

GR. ET LAT.

ITEM

HYPATUS DE PARTIBUS CORPORIS,

GR. ET LAT.

CUM NOTIS

DAN. WILH. TRILLERI

ET

JO. STEPH. BERNARD.

Accedunt Figuræ Anatomicæ cum explicatione Græca, nunc primum ex Codice MS. Bibliothecæ Leidenſis editæ.



LUGDUNI BATAVORUM,

APUD PHILIPPUM BONK, 1744.

26844

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

LECTORI
BENEVOLO
S. D. P.
JOANNES STEPHANUS BERNARD.

Expoſui in Præfatione ad Demetrium Pepagomenum conſilium me cepiſſe, Veteres Medicos Græcos, qui pedem jam ſtruebant ac Eruditorum oculis ſeſe ſubducebant, denuo edendi, ut eos quaſi ex fuga retraherem ac poſtliminio revocarem. Nihil autem intereſſe putavi, quemnam ſcriptorem primum, quem deinceps

typis deſcribendum curarem: ſed prout quisque ſe mihi offerret aut mihi ipſi inſtructior viderer, illos eligere ac divulgare conſtitui. Siſto itaque Tibi Anonymi Introductionem Anatomicam, cui ob argumenti ſimilitudinem ſubnectere viſum eſt Hypatum de Partibus Corporis Humani.

Quis autem auctor iſte Anonymus fuerit, ultro me neſcire profiteor. Fuerunt, quibus neutiquam antiquus viſus eſt, ſed a Petro Laurembergio, qui primus eum ediſſe creditur, confictus atque ſuppoſitus exiſtimatur. Refert hoc Hermannus Conringius in Introd. in Univ. Artem Med. p. 153. *Non poſſumus non hoc loco mentionem etiam facere* Εἰσαγωγῆς Ἀνατομικῆς, *quam ante non adeo multos annos Hamburgi excudi curavit* Petrus Laurembergius, *ex Ariſtotele præter duos aut ad ſummum tres locos ad verbum exſcriptæ. Non deſunt tamen quibus id ſcriptum ſuſpectum eſt & a* Laurembergio *ſuppoſitum exiſtimatur: quod nos in medio relinquimus.*

Fateor equidem eſſe nonnulla, quæ hanc ſuſpicionem augere atque firmare videntur. Non enim conſtat unde Laurembergius Anonymum nactus ſit, niſi quod illum *ex floſentiſſimo Galliarum regno ſecum attulerit*, ut memorat Joach. Morſius in Dedicat. Totus

au-

autem libellus, ut notant Conringius loc. cit. & Cl. Douglas in Specimin. Bibliograph. Anatom. p. 214. ed. L. B. *ex Ariſtotele præter duos aut ad ſummum tres locos ad verbum deſcriptus eſt.* Sane quæ ſparſim in Philoſophi ſcriptis leguntur, noſter ἔνθεν κᾀκεῖθεν ἠρανισμένως excerpſit; plures tamen eſſe, quam duos aut tres probe ſcio. Quodſi præterea rerum ſeriem totiusque libelli ordinem conſideres, videntur arguere neotericum omnino fuiſſe auctorem noſtrum.

Verum enim vero non video quibus rationibus permotus Laurembergius fumum nobis vendidiſſet, quamquam ejusmodi impoſtores extitiſſe mihi ignotum non ſit. Sequitur quidem auctor noſter Ariſtotelem, at non ita ut ne latum quidem unguem ab eo recedere audeat. Qui Philoſophum & noſtrum inter ſe comparabit, is inveniet hunc aliquoties Magiſtri ſui veſtigia deſerere. Sic capite XLIII. pag. 86. Auctor noſter in ea eſt ſententia partem potus in aſperam arteriam delabi, quam ſententiam explodit & rejicit Philoſophus. Poſſet tamen quis ſuſpicari Laurembergium eum in finem contrarium ſtatuiſſe, ut fœtui ſuo ὑποβολιμαίῳ antiquitatis quandam ſpeciem conciliaret. Aſt ſi hæc graviora & majoris momenti tam audacter ac impudenter mutare non erubuit Laurembergius, cur i-

dem ille alia leviora, &, ut ipſi aliisque Viris Doctis videbantur, manifeſte falſa atque conrupta non emendavit. Ariſtoteles lib. I. H. A. c. 17. & Noſter capite XVII. pag. 30. ὑπὲρ τὸ διάζωμα ſplenem eſſe ſitum dicit, quod vertit Laurembergius *ſub ſepto transverſo*, Theodorus Gaza vero, *ſuper ſeptum transverſum*, quem propterea acerbe ac falſe perſtringit Scaliger. Apparet exinde Laurembergium exiſtimaſſe legendum eſſe ὑπὸ non ὑπὲρ. Miror autem cur, cum alia mutaſſe credatur, non ediderit ὑπὸ τὸ διάζωμα, præcipue cum ſic ſcribendum eſſe, fidenter ſatis præcipiat Scaliger; ſed bonum factum quod vulgatam lectionem non ſollicitaverit. Vide quæ ad hunc locum notamus. Exſtiterunt autem olim multi, qui optimos quosque auctores contrahere ac in compendium redigere inſtituerunt, de quibus in Præf. ad Feſtum queritur Magnus Scaliger, quam ſortem etiam experti ſunt Medici. Sic ex divino Galeni opere de Uſu partium, Anatomica ſua concinnavit Oribaſius, ex aliis ejus ſcriptis Palladius promſit Synopſin ſuam de febribus, & ex plurimis Medicis librum ſuum de morborum curatione conſarcinavit Nonus. Quid igitur mirum aut novum, fuiſſe quendam, qui ex Ariſtotele Introductionem Anatomicam excerperet,

præ-

præcipue ſi animo reputemus, quanta olim auctoritate valuerit Philoſophus, qui oracula fundere credebatur. Adhæc aliquot in locis Laurembergius quædam in verſione expreſſit, quæ in Græco textu omittuntur, cur ergo, ſi illa abeſſe ſine ſenſus detrimento non poſſe arbitraretur, ex Ariſtotele non intruſit, ſi penes ipſum ſtetit, ita Anonymum effingere ac exornare, prout ipſi luberet. Plura quæ hanc ſententiam everterent ac enervarent commemorare poſſem, ſi id mihi tanti videretur, aut tempus diſperdere vellem.

Quamvis autem nihil penitus mihi de auctore conſtet, librum tamen hunc a Laurembergio eſſe ſuppoſitum, a me ipſo impetrare nequeo, ut credam: qua in re conſentientem habeo Virum Celeberrimum Trillerum.

Inter Ariſtotelis libros recenſentur a Diogene Laërtio ἀνατομῶν libri octo, quibus addit Anonymus auctor Vitæ Ariſtotelis Menagii ἀνατομὴν ἀνθρώπου, quam eandem eſſe hanc Anonymi Introductionem ſuſpicatur Menagius. Verum nihil certi hac de re dici poteſt. nam ſi Ariſtotelis hic liber, ſibi ipſi non ſemel non adverſaretur, & quæ tam acriter in Hiſt. Animal. & in reliquis libris propugnaverat, ea hic omnia ſubverteret, niſi quis hanc Introductionem prius eſſe conſcriptam a Philoſopho

arbitretur, qui poſtea quædam, meliora nempe edoctus, emendaverit. Etenim ubi noſter Philoſophum deſerit, plerumque errat & in pejus labitur.

Primum Autor noſter prodiiſſe fertur a Conringio, Fabricio, & Douglaſſio, Hamburgi Anno 1616. Sed licet omnem moverim lapidem, ut editionem illam nanciſcerer, ac ſedulo per amicos inquiſiverim, nullus tamen fuit, qui illam a ſe viſam aut alicubi repertam mihi ſignificaverit; qua propter parum abeſt, quin credam Conringium, cui alii deinceps nimis facile & ἀβασανίστως fidem adhibuerunt, memoria lapſum eſſe, uti etiam cenſet Cl. Trillerus. Facile autem fieri potuit, ut Conringius Hamburgi autorem illum vulgatum eſſe putaverit, cum conſtet Laurembergium ibi Profeſſoris munere functum eſſe. Præterea tradit Morſius Introductionem hanc *primum ſuis auſpiciis ac ſumptibus in lucem eſſe editam*, neque mihi admodum veri ſit ſimile, ſi Anno 1616. editus fuerit hic liber, Morſium biennio poſt eam *in mille aliquot exemplaria transfundi* curaſſe, ut refert in Dedicat.

Semel itaque prodiit noſter Lugduni Batav. A. 1618. apud Elzevirios. vid. Lindenius de Script. Med. quam editionem, licet erroribus typographicis refertam, ſequi debui.

Ver-

Verſionem quam hic quoque adjunxi, adornavit Petrus Laurembergius, Vir Eruditisſimus, ſtrenue tamen Theodori Gazæ verbis utitur. Quamvis vero minime omnibus numeris abſoluta ſit hæc verſio ac multa emendari deberent, nolui tamen quicquam mutare. Placent enim quæ de ejusmodi interpolationibus monet Virorum maximus Cl. Salmaſius Præf. ad Achillem Tatium. *Si plus otii adfuiſſet, novam verſionem adjunxiſſem. Hoc cum non potuerim, melius judicavi, relinquere integram quæ jam prodiit, quamvis infinitis locis vitioſam & a mente Græci auctoris longiſſime recedentem, quam eam interpolare. Nunquam probavi ejusmodi interpolatores alienarum curarum, qui, facili negotio defuncti, ex paucis & nullius interdum momenti mutationibus gloriam verſionis, quæ nihil ad ſe pertinet, in ſe transmovent. Sive bene, ſive male alicui ceſſerit ſtudium auctoris alicujus Græci in Latinum convertendi, cur ignorare poſteros hoc nolumus, quid quisque in eo genere recte an ſecus ediderit? Si plura bona malis in verſione erunt, ita illa cenſeo laudanda, ut de his admonere lectores rudiores putem neceſſarium, non tamen ut licentiam hanc mihi permittam, qua unum opus de meo & alieno, pæne rem monſtro ſimilem, componam.*

Præ-

Præter verſionem hanc, qua ſuum Anonymum inluſtravit Laurembergius, etiam Commentationes eum edidiſſe in Iſagogen hanc Anatomicam memorat Lindenius de Script. Med. p. m. 529. quas tamen ſe nunquam oculis uſurpaſſe mihi ſignificavit Erud. Trillerus, nec ego illis potiri potui.

Cum vero animum ad ſuccinctam hanc & elegantem tractationem, ut hunc Anonymi librum vocat Celeb. Fabricius Biblioth. Græc. Vol. II. p. 186. vulgandam adjeciſſem, conſilium meum expoſui Viro Celeberrimo ac de literis optime merito, DANIELI WILHELMO TRILLERO, eumque rogavi, quo majorem novæ huic editioni ſplendorem conciliarem, ſi quid haberet, quo auctor hic magis inluſtraretur ac ornatior prodiret, ut id mecum communicaret. Non tantum literis humaniſſimis ac animum ejus erga me benevolum teſtantibus, mihi reſpondit, ſed etiam notas ſuas ad me transmiſit: quæ ejus humanitas nunquam ſatis digne laudari poterit. Arctiſſimo quidem temporis ſpatio eas conſcripſit, ejusmodi tamen illas eſſe, quæ non temere ab alio niſi a Viro harum literarum peritiſſimo proficiſci queant, facile credo Tu, Lector, mecum agnoſces. Utere itaque illis ac quodcunque utilitatis exinde ad Te redundabit, id Eruditiſſimo

mo earum Auctori acceptum referas velim.

Neceſſum jam erit indicare, quid ipſe in notis præſtiterim. Summa cura contuli noſtrum cum Philoſopho, quem tantum non omnia ex limpidiſſimis Ariſtotelis fontibus hauſiſſe jam notaverant Conringius & Cl. Douglaſſ. Sunt tamen quædam quæ noſtræ diligentiæ ſe ſubduxerunt, quæ forte aliud agentes deinceps ſumus inventuri. Nimis autem anxie ea perſequi nec vacabat nec operæ pretium videbatur, præcipue ubi auctoris noſtri verba ſana ac integra videbantur. Fortaſſe vero hæc alibi quam in ſcriptis Ariſtotelis erunt quærenda. Indicavi ſemper loca, unde noſter ſua hauſerit, adeo ut nullo negotio cum Ariſtotele conferri poſſit. In textu ipſo nihil mutavi, præter illa, quæ manifeſte originem ſuam incuriæ Typographorum debebant. quæ ab auctoris manu profecta videbantur, licet quædam ſint, quæ ὦτα πεπαιδευμένα forte offendent, intacta & lectori dijudicanda reliqui. Cum vero noſtrum explicarem aut corrigerem, arrepta occaſione etiam aliis ſcriptoribus medicinam facere ſtudui. Coactus autem fui aliquando a Viris hujus ſæculi Eruditiſſimis recedere, quod non idcirco a me factum arbitretur quisquam, ut laudibus tantorum Virorum, quos revereri ac maximi facere non deſinam, aliquid detraherem, quam

maxime enim a vitiligationibus abhorreo meque profiteor

Μηδὲ κακῶν ἕταρον, μηδ᾽ ἐσθλῶν νεικητῆρα.

Sed ſententiam tantum meam protuli, memor triti illius πολλάκις καὶ κηπουρὸς μάλα καίρια εἶπεν. liberum tamen unicuique faciens, ſi quid minus aptum aut congruum videatur, iſtud damnare obelisque configere. Sed hæc de Anonymo ſufficiant.

Anonymo huic propter argumenti affinitatem comitem adjunxi Hypatum de Partibus Corporis Humani, quem primum publici juris fecit Vir inter Theologos ἀνὰ τοὺς πρώτους Stephanus le Moyne Tom. I. Varior. Sacror. p. 513. Edidit autem eum ex Codice MS. Antonii Eparchi, de quo vid. Fabricius Biblioth. Græc. Vol. x. p. 477. & Celeb. le Moyne Prolegom. ad Var. Sacr. Vixit Hypatus A. C. 1450. Fuit autem Conſul Romanus ac Comes Lateranenſis, unde Hypatus dictus, quod eſt nomen dignitatis, ut Joannes Zachariæ Fil. Actuarius adpellatur. vocatur enim Hypatus noſter Georgius Sanginaticius. vid. Celeb. Fabricii Biblioth. Græc. Tom. xii. p. 781. Scripſit etiam verſibus politicis ad Nicolaum V. Papam ὀνομασίας τῶν μελῶν τοῦ ἀνθρώ-

θρώπȣ, quas citat du Cange in Gloſſario ex Cod. Reg. 1510. qui Codex nunc eſt 2276. vid. Catalogus MSStorum Bibliothecæ Regiæ Tom. II. p. 475. Memoratur præterea a du Cange & in Catalogo loc. cit. ejus liber de pulſibus.

Adjeci verſionem Steph. le Moyne, non quod illam probem aut ſine illa Hypatum obſcurum judicem, ſed ne quid omiſiſſe viderer & illis facerem ſatis, apud quos auctores absque verſione vulgare nefas habetur. Poſſemus facile verſione illa carere, quæ non tam auctorem explicat, quam potius ſenſum ejus invertit. Id enim perſuaſum habeo, fore ut illi, qui eam tantum inſpicient, nihil cernant ac tenebris ſe premi querantur, cum e contrario Græca nuda ac plana ſint ut vel a tyronibus intelligi queant.

Supereſt ut de Tabulis Anatomicis, quas ex Codice MS. Bibliothecæ Leidenſis edidi, quædam dicam. Audiveram primum ejusmodi Figuras exſtare in Codice quodam MS. Flagrabam tunc deſiderio cognoſcendi quales eſſent hæ Tabulæ, quod cum exponerem Viro Clariſſimo ABRAHAMO GRONOVIO, effecit Vir Humaniſſimus ſua commendatione ac patrocinio apud ILLUSTRISSIMOS Academiæ CURATORES, ut Codicis illius uſus mihi concederetur.

Gratias itaque primum ago maximas AMPLISSIMIS Academiæ CURATORIBUS, pro ſingulari hoc beneficio, deinde etiam Viro Celeberrimo, pro præſtita mihi hac in parte opera.

Eſt Codex ex illis, qui ex pecunia legati Perizoniani empti ſunt. vid. Catalogus Biblioth. Lugd. Batavæ in Appendice pag. 527. Primum in eo occurrunt Scholia in Apollonii Rhodii Argonautica, deinde in Pindari Nemea, tandem habentur Nicandri Theriaca & Alexipharmaca cum Scholiis, quæ excipiunt Tabulæ hæ, quas edimus, & nomina menſium, quibus a variis gentibus nuncupantur.

Ætatem hujus Codicis exacte definire non licet, cum nulla adſint veſtigia nec etiam nomen librarii, unde eſſet colligere, quo tempore fuerit exaratus. Ab alia manu præterea, ſed ut videtur antiquiore proficiſcuntur Figuræ. Cum vero omnium Tabularum, quantum ſcio, antiquiſſimæ ſint illæ, quas edidit Jacobus Berengarius Carpenſis Bononiæ 1523. haud ſane vereor adſeverare, has Tabulas omnes, quotquot publici juris factæ ſunt, vetuſtate ſuperare. Veteres tamen quoque illis delectatos fuiſſe credibile eſt, quemadmodum Ariſtotelem jam ſcripta ſua Tabulis exornaſſe, non vane colligit Cl. Schultzius Hiſt. Med. Period. II. c. II. p. 357.

Li-

Licet autem partium externarum tantum figuram ac nomina exhiberent, aut loca indicarent, ubi intus viſcera reconduntur, dignas tamen eas judicavi, quæ in lucem prodirent, tum quod earum inſpectio non injucunda videbatur, tum quod eam non omni prorſus utilitate deſtitutam arbitrarer. Rudes quidem ſunt nec adeo perpolitæ, ut illæ quæ noſtra tempeſtate lucem aſpiciunt, ſed nolui quicquam mutare, aut eas exornare, ne quid de pretio earum decederet, aut de genuina pulchritudine periret. Ubi literas incidi curavi, ibi ſive Auctor ſive librarius nomina inſcripſerat, quædam etiam in margine collocaverat. Neceſſarium adhuc eſt, ut verbo indicem quid in Explicatione mutaverim, ne ſi quis poſtea Codicem hunc verſaret, me temere ac pro lubitu quædam immutaſſe ſuſpicetur. Fig. I. pro ῥίνες legebatur ῥίνεεις. pro χεῖλος, χῆλος. πνεύμων, πνεύμον. ζώνη, ζόνη. βραχίων, καὶ τὰ ἕτερα, βραχίων καὶ τὰ ἄπερα. Fig. II. τένων, τένον. ἱερὸν ὀστοῦν, ἱερὸς ὀστοῦν. γλουτοὶ οἱ αὐτοὶ καὶ ἐφέδρανα, γλουτοὶ οἵ αὐτι καὶ ἐψέδρανα. Hæc ſunt quæ aliter leguntur, quæ idcirco emendanda cenſui, ne Lectorem forte remorarentur. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τοιαῦτα. Tu itaque B. L. his noſtris conatibus utere ac nobis fave. Vale. Scribebam Lugduni Batavorum Calend. Maji MDCCXLIV.

DEDICATIO

JOACHIMI MORSI.

MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, CELEBERRIMIS AC PRUDENTISSIMIS

VIRIS
DOMINIS
CONSULIBUS
ET
SENATORIBUS,
INCLYTÆ REIPUBL.
AMSTELODAMENSIS
DOMINIS MOECENATIBUS
PERPETIM HONORANDIS.

I*rreligioſum arbitratus ſum*, Viri primorum principes, *denuo urbem urbium veſtram adire*, *nec vobis* Numinibus *ejus* Tutelaribus, *de-*

deferre officia mea & cultum. Utinam vero debito donario Genium Humanitatis Veſtræ, adorare poſſem, votorum meorum faſtigium conſequutum me gloriarer! frivola vero mea excutienti, nihil vobis dignum occurrit. De alieno igitur liberalis ſum. Obfero vobis Anonymi hujus doctiſſimam Anatomiam. Quam excellentiſſimus Philoſophus & Medicus Petrus Laurembergius, *amicus meus ſummus, ex florentiſſimo Galliarum Regno ſecum attulit, ac appoſita verſione eruditiſſima, meis auſpiciis & ſumptibus, in mille aliquot exemplaria transfudit: cui elegantiſſimo operi ſi in Æde Muſarum & Apollinis, Bibliotheca veſtra publica, locum aliquem haud illibentes conceſſeritis, animus mihi adjicietur, ad* Theophilum, Sextum Ruffum, Oribaſium, *cæterosque deſideratiſſimos veteres Anatomicos producendos.* Deus Deorum *ſtator & auctor ac defenſor lau-*

laudatiſſimæ Reip. veſtræ, ſervet & tueatur Patrum plebisque concordiam; diuturnam pacem firmet, cruentas graſſantium bellorum clades clementer averruncet; omnia mala tam communia, quam privata a vobis ſociisque veſtris, amicis, fœderatis, & Eccleſia ſua, ejusque amantibus, quam benigniſſime amoliatur. Valete, Viri Magni, *atque me & mea ſtudia utilitati Rei litterariæ inſervientia, quam commendatiſſima vobis habetote. Dabam manu febrili Amſtelrodami. Anno æræ Chriſtianæ* MDCXVIII. *Menſ. Novemb.*

Veſter

Omni obſequio, obſervantia, fide.

JOACHIMUS MORSIUS.

ΑΝΩ-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ
ΕΙΣΑΓΩΓΗ
ΑΝΑΤΟΜΙΚΗ.

ANONYMI
INTRODUCTIO
ANATOMICA.

ἈΝΩΝΥΜΟΥ
ΕΙΣΑΓΩΓΗ
ΑΝΑΤΟΜΙΚΗ.

ΚΕΦ. Α΄.

[1] Τῶν ἐν τοῖς ἀνθρώποις μορίων τὰ μὲν ἐστὶν ἀσύνθετα, τὰ δὲ σύνθετα. Ἀσύνθετα, ὅσα διαιρεῖται εἰς ὁμοιομερῆ, οἷον σάρκες εἰς σάρκας· Σύνθετα δ᾽, ὅσα εἰς ἀνομοιομερῆ· οἷον ἡ χεὶρ οὐκ εἰς χεῖρας διαιρεῖται· Πάντα δὲ τὰ ἀνομοιομερῆ σύγκειται ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν· οἷον χεὶρ ἐκ σαρκὸς, νεύρων, καὶ ὀστῶν. [3] Μέγιστα δὲ τῶν μερῶν, εἰς ἃ διαιρεῖται τὸ σῶμα τὸ σύνολον, τάδε ἐστί. Γαστὴρ, θώραξ, κεφαλὴ, καὶ κῶλα.

ΚΕΦ.

1. ἈΝΩΝΥΜΟΥ Quæ de auctore hujus libelli erant dicenda & ſciri poterant, ea in præfatione expoſui, ad quam nunc Lectorem ablego.

2. Τῶν ἐν τοῖς. Ariſtoteles lib. 1. H. A. c. 1. de di-

ANONYMI INTRODUCTIO ANATOMICA.

Caput I.

Partium humani corporis aliæ incompoſitæ ſunt, aliæ compoſitæ. Incompoſitæ dicuntur, quæ dividi poſſunt in ſimiles ſibi particulas, caro in carnes: Compoſitæ, quæ in diſſimiles, ut manus non in manus alias ſecatur. Omnis vero pars diſſimilaris ex ſimilaribus compoſita eſt, ut manus ex carne, nervis, oſſibus. Cæterum ſummæ partes in quas integrum corpus diſtribuitur, ſunt venter, thorax, caput & artus.

Ca-

diviſione autem partium vide Gorræi Definit. Medic. Voc. μέρ☉. & Nemeſium de Nat. Homin. c. 4. p. m. 63.

3. Μέγιςα Ariſtot. lib. cit. c. 7.

ΚΕΦ. Β'.

[1] Ἡ Γαστὴρ μὲν τὸν θώρακα ἐν τοῖς προσθίοις· καὶ ταύτης ῥίζα ὀμφαλός· Ὑπόρριζον δὲ τὸ μὲν διφυές, λαγών· Τὸ δὲ μονοφυὲς τὸ μὲν ὑπὸ τὸν ὀμφαλόν, ἦτρον· Τούτου δὲ τὸ ἔσχαλον, [2] ἐπίσιον· Τὸ δὲ ὑπὲρ τὸν ὀμφαλόν, ὑποχόνδριον· Τῶν δ' ὄπισθεν διάζωμα μὲν [3] ἡ ὀσφύς· Τοῦ δὲ διεξοδικοῦ τὸ μὲν οἷον [4] ἐφ' ἕδραν ὄν, γλουτός.

ΚΕΦ.

1. Ἡ γαστήρ. Integrum hoc caput legitur loc. cit. c. 13.

2. Ἐπίσιον. Lauremberg. *aqualiculus*. ſic etiam Theodorus. verto cum Scaligero *pubes* ſive *pecten*.

3. Ἢ Ariſtot. ἡ. Emendemus autem hac occaſione Polemonem de Phyſiognomia p. m. 89. de ſignis timidi: σκέλη λεπτά, ὀφρὺς μακρά, στέρνα ἀσθενῆ, χεῖρες μακραί, φωνὴ λιγυρά, μαλακή. pro ὀφρὺς lege ὀσφύς. Adamantius p. 104. σκέλη λεπτά, ὀσφὺς μακρά. κ. τ. λ. pro μακρὰ autem apud utrumque leg. μικρά. Ariſtoteles Phyſiogn. c. 3. ὀσφὺς δὲ μικρὰ καὶ ἀσθενής.

4. Ἐφ' ἕδραν ὄν. Theod. Gaza corrigit ἐφεδρεῖον, monui autem in notis ad Demetrium Pepag. legendum eſſe ἐφέδρανον, quod tamen antea, ut poſtmodum cognovi, jam viderat Doct. Sylburgius. Rufus Epheſ. lib. 1. p. 32. πυγαὶ δὲ τὰ μετὰ τὴν ὀσφὺν σαρκώδη καὶ ἐφέδρανα, ἐφ' ὧν καθιζόμεθα· ἄλλοι δὲ γλουτοὺς καλοῦσι. conf. p. 52. & Pollux lib. II. c. 4. S. 184. Hac ratione autem ſæpius librarii negligentes autores contaminarunt. Julianus Imp. Orat. 1. p. 70. edit. Petavii. τῶν θεραπευομένων δὲ παρ' αὐτὰ τὴν τιμωρίαν ὑπεχόντων. corrigit Petavius παραυτίκα, minori vero mutatione lege πάραυτα. hoc quoque mendo laborat Alex.

CAPUT II.

Ventris ſitus eſt ſub thorace parte priori, cujus radix Umbilicus. Sub umbilico, gemina ſunt utrimque Ilia. At vero unicum illud, quod ſubeſt umbilico, abdomen dicitur. Hujus poſtremum eſt Aqualiculus. Supra umbilicum, eſt Hypochondrium. In poſteriori parte eſt præcinctura vel lumbi. Parti vero excretoriæ, quod inſtar ſtraguli ſubjectum jacet, eſt geminus Clunis.

lex. Trall. lib. 1. p. 78. ζιγγιβέρεως βραχὺ ἔνθες εἰς τοὺς μυκτῆρας, καὶ παρ' αὐτὰ πεσεῖται, & p. 79. καὶ παρ' αὐτὰ ἀναστήσει). leg. πάραυτα. Nonus c. 36. qui hæc deſcripſit, habet παραυτίκα. Actuarius lib. 1. de Dignot. morb. c. 42. Λειεντερία ---- ὁμοίως τοῦ συμβαίνοντος ὄντος τοῖς ὑπτιασμὸν παθοῦσι τοῦ στομάχου, οἱ μηδέν τι διαμαρτυρήσαντες αὖθις κατὰ τὰ πεπονθότα ἀνάγουσιν. ita legitur hic locus in MS. Lugd, Bat. pro διαμαρτυρήσαντες legendum, ut edidit Henr. Stephanus in Diction. Medic. p. 393. διακαρτερήσαντες· pro κατὰ τὰ πεπονθότα vero, quod etiam invenit Stephanus, legend. τὰ καταποθέντα, quod interpres confirmat. Aliquando ex pluribus vocibus nobis unam cuderunt librarii; Nonus c. 264. p. 299. ἢ θριξιποῦ διαταθεῖσα εἰς τὴν θύραν ἐκδιώκει αὐτάς. quis non videt præter interpretem legend. θρὶξ ἵππου? Democritus, Geopon. lib. XIII. c. II. unde hoc habet Nonus. Κώνωπας διαφθείρει θρὶξ ἱππεία διαταθεῖσα εἰς τὴν θύραν καὶ διὰ μέσου τοῦ οἰκήματος. Idem etiam factum videtur apud Ariſtænetum lib. 1. Ep. VI. p. 42. ἡ δὲ κόρη φησί· σίγα πρὸς θεῶν, ὦ σωφρόνη. videtur legendum ὡς ἄφρων εἶ. *quam ſtulta es.*

ΚΕΦ. Γ'.

Τῶν δὲ μερῶν τὰ μὲν συνίσχοντα, τὰ δὲ ἰσχούμενα· Τῶν συνισχόντων πρῶτον ἡ ἐπιδερμὶς τῷ δέρματι [1] ἐπιτιθεῖσα· [2] Ἔνεστι γὰρ ἐν τοῖς δέρμασι πᾶσι γλισχρότης μυξώδης· [3] Καὶ γίνεται ἡ ἐπιδερμὶς καθάπερ ἐπὶ τοῖς ἑψήμασιν [4] ἡ καλουμένη [5] γραῦς· Οὐ μόνον δὲ διὰ τὸ ἔσχατον συμβαίνει αὐτῆς ἡ γένεσις, ἀλλὰ καὶ διότι ἐπιπολάζει τὸ γλισχρὸν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἐξατμίζειν.

ΚΕΦ. Δ'.

[6] Τὸ δέρμα πάντων λεπτότατον ἄνθρωπος ἔχει, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐν τῇ κεφαλῇ [7] Τοῦ γὰρ δέρματος τοῦτο παχύτατον· Αἰσθητὸν δ' ἐστὶ μάλιστα τὸ ἐν τῷ ἀκρωτηρίῳ· [8] Τῶν συνεχῶν

1. Ἐπιτιθεῖσα. leg. ἐπιτεθεῖσα vel, quod etiam placuit Erud. Reiske, ἐπιταθεῖσα.

2. Ἔνεστι. lib. III. H. A. c. 11.

3. Καὶ γίνεται) lib. II. de G. A. c. 6. de cute autem hoc dicit Ariſtoteles, quod noſter de epidermide.

4. Ἡ καλουμένη γραῦς. Optime hoc Scholiaſtes Nicandri ad Alexiph. p. 70. γραῦς, ὁ ἐπὶ τοῦ γάλακτος γιγνόμενος πάγος· ἐπειδὴ ῥυτιδοῦται, (ὥσπερ ταῖς γραυσὶ τὸ σῶμα συμβαίνει ῥυτιδοῦσθαι,) τὸ ἐπιπολάζον τῷ γάλακτι. conf. & Heſych. in γραῦς, item in ζώη & ζόη, ſic enim etiam vocabatur pinguis illa ſupernatans pellicula & Siculis σύφαρος, ſeu σύφαρ, teſte

CAPUT III.

Partium ventris, aliæ ſunt continentes, aliæ contentæ. Inter continentes, primo ſe obfert Cuticula, cuti veræ ſuperimpoſita. Cuilibet enim cuti mucoſus quidam lentor inhæret. Fitque cuticula quemadmodum in polentis cruſtula, quam vetulam indigetant. Neque ſolum generatio ejus propter extremum evenit, ſed etiam quia lentor quidam reſidet, quum nequit evaporare.

CAPUT IV.

Cutim homo omnium tenuiſſimam habet, præterquam in capite. Heîc namque craſſiſſima. Senſu exquiſito pollet, imprimis ea, quæ eſt in digitorum extremitate. Contex-

ſte eodem. Vide, ſi tanti, quæ diximus nuper in Obſerv. Crit. p. 289. *Trillerus.*

5. Γραῦς. Heſychius. γραῦς, τὸ συναγόμενον καὶ ἐπιπηγνύμενον ἐπάνω, ὅταν γάλα ἕψηται, ἤ τι τοιοῦτον ὑγρόν.

6. Τὸ δέρμα. lib. III. H. A. c. II.

7. Τοῦ γὰρ. lib. III. de G. A. c. 3.

8. Τῶν. lib. III. H. A. c. II. Nemeſius de Nat. Hom. c. 28. Καὶ τὸ δέρμα δὲ σκέπασμα γέγονε καὶ τῆς ἁπαλῆς σαρκὸς καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν ἔνδοθεν Quæ ſequuntur verba, mutila ſunt ac corrupta, quæ idcirco hic afferam, ut ſi fieri poſſit, iis opem feramus. ἔστι δὲ τὴν φύσιν ἡ σάρξ ὑπὸ τε τοῦ περιέχοντος τοῦ προσομιλοῦντων συ-

χῶν δ' ἐστὶν ἐν ἅπασι τοῖς ζώοις, καὶ ταύτῃ διαλείπει, ἧτε οἱ κατὰ φύσιν πόροι ¹ ἐξικμάζονται, καὶ κατὰ τὸ στόμα καὶ ὄνυχας. Ἡ δὲ ἁφὴ ἐν τούτῳ ἐγγίνεται μέρει· ² Τὸ δὲ δέρμα ἐκ φλεβὸς καὶ νεύρου καὶ ἀρτηρίας· ἐκ φλεβὸς μὲν ὅτι κεντηθὲν αἷμα ἀναδίδωσιν· ἐκ νεύρου δὲ, ὅτι ἀφὴν ἔχει· ἐξ ἀρτηρίας δὲ, ὅτι διαπνοὴν ἔχει· Πόρους δ' ἔχει πλείους, ³ ἀλλὰ τοῖς μὲν μανὸν, τοῖς δὲ πυκνόν. ⁴ Αἱ δὲ τρίχες ἐκ τοῦ δέρματος γίνονται, ἀναθυμιωμένου ἐν αὐτοῖς τοῦ ὑγροῦ· διὸ παχεῖαι μὲν ἐκ τοῦ παχέος· λεπταὶ δ' ἐκ τοῦ λεπτοῦ δέρματος. ⁵ Αἴτιον δὲ τῶν χρωμάτων τὸ δέρμα τοῖς ἄλλοις ζώοις· (τῶν μὲν γὰρ λευκῶν, λευκὸν τὸ δέρμα·) ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν αἴτιον τὸ δέρμα· καὶ γὰρ οἱ λευκοὶ σφόδρα μελαίνας ἔχουσιν· διόπερ οὐδὲν ἰσχύει πρὸς τὴν τῶν τριχῶν μεταβολὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν τὸ δέρμα καὶ μεταβάλλει αὐτὸ τὴν χρόαν, καὶ γίνεται ὑπὸ ἡλίων καὶ πνευμάτων μελάντερον· αἱ δὲ τρίχες οὐδὲν συμμεταβάλλουσιν· ⁶ Τὸ δὲ δέρμα γίνεται σκληρότερον καὶ παχύτερον πρεσβυτέρων γιγνομένων· ξη-

σωμάτων τυλωθεῖσα. ſic legitur hic locus in edit. Ellebodii, hac enim ſola utor. Vertit Ellebodius. *Carnis autem natura tum ab aëre, tum ab iis, quæ ad eam ſe applicant corporibus calloſa eſt.* totus autem locus ſic mihi legendus videtur. ἔστι δὲ τὴν φύσιν ἡ σὰρξ ἁπαλὴ, ὑπὸ δὲ τοῦ περιέχοντος δὲ καὶ τῶν προσομιλούντων σωμάτων πιλωθεῖσα.

1. Ἐξικμάζονται. Laurember-

textu perpetuo in omnibus animalibus continuatur, nec interſtinguitur alibi, quam ubi meatus naturales ſolent exſiccari, atque etiam in ore & unguibus. Hæc pars eſt tactus organon. Cutis compoſitionem tria ingrediuntur, vena, nervus, arteria. Vena, quia conpuncta ſanguinem ſtillat: Nervus, quia tendi poteſt. Arteria, quia perſpirationem habet. Meatibus plurimis pervia eſt: ſed nonnullis rarior: aliis denſior. Ex cute progenerantur pili, cum humor in iis exhalat. Capilli craſſi ex cute craſſa: tenues ex tenui. Quod pilorum varii ſint colores, in cæteris quidem animalibus, a cute proficiſcitur; (alborum enim alba eſt cutis,) at in hominibus nihil confert huc cutis. Sunt enim, qui cute candidiſſima nigros alunt capillos: cutis igitur nihil valet ad pilorum mutationem, quin potius ipſa propter imbecillitatem quandoque immutat colorem, & modo a Sole, modo a ventis redditur nigrior, pilis nihil alteratis. Evadit quoque cutis durior & craſſior adpropinquante ſenectute: quod ideo fit,

quia

bergius vertit *exſiccari*, Th. Gaza *evaporare*, optime Scaliger *exhalare*.

2. Τὸ δὲ δέρμα. lib. de ſpiritu c. 5.

3. Ἀλλὰ τοῖς. lib. III. de G. A. c. 3.

4. Αἱ δὲ τρίχες. lib. v. de G. A. c. 3.

5. Αἴτιον δὲ. lib. v. de G. A. c. 5.

6. Τὸ δὲ δέρμα. lib. v. de G. A. c. 3.

ξηραίνεται γάρ. Καὶ τὸ γῆρας ἐστὶ κατὰ τοὔνομα γεηρὸν, διὰ τὸ ἀπολείπειν τὸ θερμὸν, καὶ μετ' αὐτοῦ τὸ ὑγρόν.

ΚΕΦ. Ε'.

[1] Ἡ δὲ πιμελὴ γίνεται μεταξὺ δέρματος καὶ σαρκὸς, ἐξ αἵματος καθαροῦ· [2] Ἡ γὰρ καθ' αὐτὸ πέψις αἵματος, στέαρ καὶ πιμελή ἐστιν· [3] Ἐστὶ γὰρ περίττωμα δι' οὐσίαν ὑγιεινόν· [4] Διότι καὶ τὰ πίονα καθαρὸν μὲν ἔχει, ὀλίγον δὲ τὸ αἷμα· Καὶ πιότερα γινόμενα ἀναιμότερα. Ἄναιμον γὰρ τὸ πῖον· ἐπεὶ ἐκ τοῦ αἵματος ἡ πιμελή· [5] Καὶ οἱ πίονες ἀγονώτεροι φαίνονται, καὶ ἧττον σπερματικοὶ τῶν μὴ πιόνων, καὶ γυναῖκες, καὶ ἄνδρες· Αἴτιον δὲ ὅτι καὶ ἡ πιμελὴ περίττωμά ἐστιν, καθάπερ τὸ σπέρμα, καὶ πεπεμμένον αἷμα· Ὥστ' εὐλόγως εἰς τὴν πιμελὴν ἀνηλωμένης τῆς περιττώσεως, ἐλλείπει τὰ περὶ τὴν γονήν· Ἡ δὲ γαστὴρ ἀεί τινα ἔχει πιότητα, ἐὰν μὴ κάμνῃ τινὶ νόσῳ· Αἴτιον δὲ τούτου ὅτι ἐγγύς ἐστι τῆς τροφῆς· [6] Ἡ δὲ πιμελὴ, ὅλως οὐκ ἐστὶ φύσει, ἀλλ' ἐπίκτητον καὶ οὐ τῶν ἀναγκαίων μερῶν·

1. Ἡ δὲ πιμελή. lib. III. c. 6. H. A. c. 17.
2. Ἡ γὰρ. lib. II. de P. A.
3. Ἐστὶ γὰρ. lib. I. de G. A. c. 18.

4. Διότι

quia exſiccatur paullatim. Et ſane ſenectus ipſa, (quod & nomen innuit) terreæ conditionis eſt, quippe deſtituta calore; calore vero imminuto, etiam humor defluit.

Caput V.

Pinguedo inter cutim & carnem naſcitur ex puriori ſanguine. Sanguinis enim concoctio per ſe eſt adeps ac pinguedo. Eſtque excrementum ratione propriæ ſubſtantiæ non inſalubre. Quam ob cauſam præpinguia omnia ſanguinem quidem laudabilem, at paucum, habent. Et quo plus pinguedinis, eo minus ſanguinis. Exſangue enim eſt, quidquid pingue eſt: ſiquidem ſanguis in pinguedinem faceſſit. Præterea obeſi infœcundiores eſſe videntur, quam minus pingues, ſeu fœminæ ſint ſeu viri. Cujus rei ratio, quod, non ſecus ac ſemen, ſic quoque pinguedo excrementum eſt laudabile, & ſanguis concoctus. Itaque ratione optima evenit, ut cum materia ſupervacua in pinguedinem abſumpta eſt, ſemen deficiat. Venter ſemper pinguedine obſitus eſt, niſi morbo laboret: quoniam ex vicino poſitus eſt cibo. Pin-

4. Διότι καὶ. lib. III. H. A. c. 19.

5. Καὶ εἰ π. lib. I. de G. A. c. 19.

6. Ἡ δὲ πιμελή. Hoc latius quondam oſtendere co-

ρῶν· [1] Διὸ καὶ γηράσκει ταχέως τὰ λίαν πίονα· Ὀλίγαιμα γάρ, ἅτε εἰς τὴν πιότητα ἀναλισκομένου τοῦ αἵματος· Τὰ δ' ὀλίγαιμα ἤδη προωδοποιεῖται εἰς τὴν φθοράν· ἡ γὰρ φθορὰ ὀλιγαιμία ἐστί· καὶ τὸ ὀλίγον παθητικόν, καὶ ὑπὸ ψυχροῦ τοῦ τυχόντος, καὶ ὑπὸ θερμοῦ· [2] Τῶν δὲ μεγαλοκοιλίων οὐδέν, οὐδὲ τῶν μεγαλοφλέβων πίον ἐστὶ κατὰ σάρκα· ἀλλὰ τὰ πάντα, ἢ τὰ πλεῖστα τούτων, ἀδηλόφλεβα, καὶ μικροκοίλια φαίνεται· [3] Πᾶν δὲ λιπαρόν, θερμόν· πέττει γὰρ ἡ θερμότης.

ΚΕΦ. ς'.

[4] Ὁ δὲ ὑπὸ τὴν πιμελὴν ὑμὴν σαρκώδης τὸ σῶμα τὸ σύνολον περιβάλλει.

ΚΕΦ. Ζ'.

[5] Ἐν δὲ τῇ γαστέρι ἀμφοτέρωθεν μύες εἰσὶν τέσσαρες· Ἅπαντες δ' ἐς τένοντας τελευτῶσιν στρογγύλους ἀκριβῶς, συντεταγμένοι ἐκ σαρκός, καὶ ἰνῶν, καὶ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν,

καὶ

conati ſumus in peculiari Diſſertatione de *pinguedine, ceu ſucco nutritio ſuperfluo*, Halæ 1718. publicata & defenſa. *Trillerus*.

1. Διὸ καὶ. lib. II. de P. A. c. 5.

2. Τῶν δὲ. lib. III. de P. A. c. 4.

3. Πᾶν δὲ. lib. III. de P. A. c. 9.

4. Hoc & tria ſequentia capita, nondum in ſcriptis Philoſophi inveni.

Pinguedo vero, abſolute loquendo non eſt res propria naturæ, ſed adventitium quiddam & haut multum neceſſaria. Unde & præpinguia ſubito ſeneſcunt: quippe quibus paucus ſanguis eſt, abſumpta ſcilicet copia ad pinguedinem. Quæ vero parum ſanguinis habent, ea jam inde procliviora ſunt ad interitum. Eſt enim interitus ſanguinis quidam defectus. Quodque parum eſt, id tum a frigore quovis obvio, tum a calore, affici facile poteſt. Inter illa quæ ventriculis aut venis ſunt amplioribus, nullum eſt obeſum per carnem aut opimum: ſed vel omnia, vel major ſaltem eorum pars, quæ ita pingueſcunt, occultas habere venas, & parvum ventriculum deprehenduntur. Cæterum omne pingue, calidum eſt. Calor enim concoquit.

Caput VI.

Panniculus carnoſus pinguedini ſubjectus, totum corpus incingit.

Caput VII.

In ventre muſculi quatuor utrimque numerantur, qui omnes in tendinem deſinunt perfecte rotundum. Compoſiti ſunt ex fibris, carne, venis, arteriis, nervis, propriaque

καὶ νεύρων, καὶ ὑμένος ἰδίου· Ἔτι ὄργανα κινήσεως τῆς καθ' ὁρμὴν οἱ μύες πεφύκασιν.

ΚΕΦ. Η'.

Ὑπὸ δὲ τοὺς μύας κεῖται τὸ περιτόναιον σκέπασμα, περιτεταμένον τοῖς τροφῆς ἀγγείοις· Πάντα δὲ τὰ σπλάγχνα ἐν τῷδε ὑμένι ἐστί· Περιβολῆς τε γὰρ δεῖ πρὸς τὸ ἀπαθῆ εἶναι, καὶ ταύτης ἐλαφρᾶς· Ὁ δὲ ὑμὴν τὴν φύσιν τοιοῦτος· πυκνὸς μὲν γὰρ, ὥστε ἀποστέγειν· ἄσαρκος δὲ, ὥστε μὴ ἕλκειν, μηδ' ἔχειν ἰκμάδα· Λέπτος δὲ, ὥστε κοῦφος, καὶ μηδὲν ποιεῖν βάρος.

ΚΕΦ. Θ'.

Ἀλλὰ τῶν ἰσχομένων μορίων, τὰ μὲν, διὰ τὴν θρέψιν, τὰ δὲ, διὰ τὴν γένεσιν. Διὰ τὴν θρέψιν, τὸ ἐπίπλοον, τὰ ἔντερα, τὸ μεσεντέριον, τὸ πάγκρεας, οἱ νεφροὶ, οἱ οὐρητῆρες, ἡ κύστις οὐροδόχος, ὁ σπλὴν, τὸ ἧπαρ, αἱ φλέβες, ἡ κύστις χοληδόχος, ἡ κοιλία.

ΚΕΦ. Ι'.

1 Ἔστι δὲ καὶ τὸ ἐπίπλοον ὑμήν· τοῖς μὲν στέαρ ἔχουσι, στεατώδης· τοῖς δὲ πιμελὴν, πιμε-

1. Ἐστὶ δὲ καὶ. integrum hocce caput legitur apud

membrana. Sunt vero Muſculi inſtrumenta ſpontanei motus.

CAPUT VIII.

Muſculis ſubjacet Peritonæum, ſubtenſum vaſis alimentariis. Hac membrana viſcera omnia continentur, quibus tegumento opus erat, quo ſervarentur illæſa, eoque leviori. Hujus indolis eſt membrana, utpote & denſa ſatis, ut poſſit cohibere; & carne vacans, ut nec attrahat vaporem, nec contineat: & denique tenuis, ut levis ſit, nec prægravet magno pondere.

CAPUT IX.

Partium contentarum imo Ventre, aliæ ad nutricatum faciunt, aliæ ad generationem. Nutricatui ſerviunt Omentum, Inteſtina, Lactes, Pancreas, Renes, Ureteres, Veſica urinaria, Splen, Jecur, Venæ, Veſicula bilis, Ventriculus.

CAPUT X.

Omentum nihil aliud quam membrana eſt, ſevoſa in iis, quæ ſevum habent: quæ adipem,

μελώδης· Ἔχει δ' ἐπίπλοον ἅπαντα τὰ ἔναιμα· Ἐπέχει δὲ τό τε λοιπὸν τῆς κοιλίας, καὶ τὸ τῶν ἐντέρων πλῆθος· Καταχρῆται δὲ ἡ φύσις αὐτῷ πρὸς τὴν εὐπεψίαν τῆς τροφῆς· ὅπως ῥᾷον πέττη, καὶ θᾶττον, τὴν τροφὴν τὰ ζῶα· Τὸ μὲν γὰρ θερμὸν πεπτικόν· Τὸ δὲ πῖον θερμόν· Τὸ δὲ ἐπίπλοον πῖον· Καὶ διὰ τοῦτο, ἀπὸ μέσης ἤρτηται τῆς κοιλίας· ὅτι τὸ ἐπέκεινα τὸ μέρος συμπέττει τὸ παρακείμενον ἧπαρ.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

a Δι' ἣν αἰτίαν ἔχει τὰ ἔντερα τῶν ζώων ἕκαστον, φανερὸν πᾶσι· Καὶ γὰρ δέξασθαι τὴν εἰσελθοῦσαν τροφὴν, καὶ τὴν ἐξικμασμένην ἐκπέμψαι ἀναγκαῖον· καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τόπον εἶναι τοῦ τε ἀπέπτου, καὶ τοῦ περιττώματος·

pud Ariſtotelem lib. IV. de P. A. c. 3 Rufus Epheſ. lib. II. p. 63. ἄνωθεν τοῖς ἐντέροις ἐπίκειται διεκπεπταμένος ὁ ἐπίπλους, σῶμα πιμελῶδες καὶ ὑμενῶδες, διῃρημένος· κατεσκεύασται δὲ ὡς ἂν ἐπὶ πλεῖον τοῖς ἐντέροις εἴη μάλαγμα, πρὸς τὴν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτὰ σκληρείαν περιτεναίου. pro ἐπὶ πλεῖον leg. ἐπιπλέον vel ἐπιπολαιῶν. Pollux lib. II. c. IV. Segm. 212. ἐκ μὲν δὴ τοῦ περιφεροῦς τῆς κοιλίας ἐκπέφυκεν αὐτή τε καὶ μέρος τοῦ ἄλλου ἐντέρου καλύπτον, τὸ ὀνομαζόμενον ἐπίπλοον. Ex Rufo Eph. hæc habet Pollux: ita autem ille lib. I. p. 39. τὸ δὲ ἐκπεφυκὸς μὲν ἐκ τοῦ περιφεροῦς τῆς γαστρὸς, καλύπτον δὲ αὐτήν τε καὶ μέρος τι τοῦ ἄλλου ἐντέρου ἐπίπλοον, unde apparet recte conjectaſſe Junger-man-

pem, adipoſa. Omentum ineſt cunctis animalibus præditis ſanguine. Continetque quidquid in ventre reliquum eſt, ipſaque adeo inteſtina. Abuti eo ſolet natura ad meliorem alimenti coctionem: ſcilicet ut & facilius & citius cibus percoquatur. Calor enim coquendi vim habet. Pingue autem calidum eſt. Omentum vero pingue eſt. Hanc ob cauſam de medio fere ventriculo ſuſpenſum eſt, cujus partem reliquam jecur accumbens fovet.

CAPUT XI.

In quem finem inteſtina acceperit animal quodlibet, nemini non notum eſt. Recipere enim cibum ingeſtum & ejicere evaporatum, neceſſum erat: neque fas eodem loco contineri tam cibum nondum coctum, quam excre-

mannum pro αὐτὴ apud Pollucem legend. eſſe αὐτῶ. poſt μέρος quoque addendum τὶ. Plura autem Pollux ex Rufo in ſuum Onomaſt. tranſtulit, aliquando iisdem plane verbis: ſic lib. II. c. IV. Segm. 79. τὰ δὲ ἑκατέρωθεν ἐπὶ τὰ μῆλα τείνοντα ὀστώδη, ῥινὸς ῥάχις. quæ totidem verbis leguntur apud Rufum lib. I. p. 25. & lib. cit. Segm. 146. τὰ δ' ἔνδοθεν τῶν δακτύλων πέρατα, ῥάγες τε καὶ κορυφαί. habentur apud Rufum lib. I. p. 30. apud quem τε omittitur, quod ex Polluce forte revocandum, & pro ἔνδοθεν legitur ἔσωθεν.

I. Δι' ἣν. lib. III. de P. A. c. 14.

τος· Ἓν μὲν ἐστὶν ἔντερον τὴν συναφὴν, [1] τελευτῶν ἀπὸ τῆς κοιλίας πρὸς τὴν ἔξοδον τῆς τροφῆς, καὶ τὸ καλούμενον ἀρχόν· ἀλλὰ πολυμερὲς τῇ οὐσίᾳ, καὶ χρείᾳ, καὶ σχήματι· Ἐστὶ δὲ τὸ μὲν μικρὸν καὶ λεπτὸν, τὸ δὲ μέγα καὶ παχυλόν· οἷον τὸ Δωδεκαδάκτυλον [2] ἡ γαστρὸς εἰς τὰ ἔντερα ἔκφυσις· [3] ἡ καλουμένη Νῆστις, μεταξὺ [4] τῆς κοιλίας ἄνω, ἐν ᾗ ἄπεπτον, καὶ τῆς κάτω, ἐν ᾗ τὸ ἄχρηστον ἤδη περίττωμα· τὸ Εἰλεόν· [5] πρὸς τούτοις τοῦ ἐντέρου Τυφλόν τι καὶ ὀγκῶδες, τὸ καλούμενον Κῶλον· τὸ Εὐθυέντερον, [6] ὅτι πρὸς τὴν ἔξοδον

ὁδὸν

1. Τελευτῶν lib. II. H. A. c. 17.

2. Ἡ. interpres *ubi* vertit. forte legit ᾗ, legendum vero ἡ vel ἥ. ſic autem plerumque vocatur duodenum. vide quæ ad Oribaſii Anat. p. 94. in addend. notavit Cl. Dundaſſ. Theophilo lib. II. c. 7. dicitur δωδεκαδάκτυλος ἔκφυσις.

3. Ἡ καλουμένη. lib. III. de P. A. c. 14.

4. Τῆς κοιλίας ἄνω. lege τῆς ἄνω κοιλίας.

5. Πρὸς τούτοις. Ariſt. lib. III. de P. A. c. 14. ſic autem ibi leguntur hæc, καὶ τὸ καλούμενον κῶλον ἔχουσι καὶ τοῦ ἐντέρου τυφλόν τι καὶ ὀγκῶδες. Noſter autem prava diſtinctione laborat, poſt ὀγκῶδες nimirum major diſtinctio ponenda, primum numerat inteſtinum cœcum, deinde colon, tandem rectum.

6. Ὅτι. apud Ariſtotelem l.c. εὐθύ. unde ſic quoque apud noſtrum legendum vel ὃ εὐθύ. Potuit autem facile ex affinitate pronunciationis hic error ortus eſſe, unde haud pauci dimanarunt. Hac ratione corruptus Ammonius V. Τεχνίτης. βάναυσος ἢ, ὁ δι' ἀλόγου τινὸς ἐπιτηδεύματος. ſic ex emendatione Scaligeri edidit Erud. Valckenaerius, ſuſpicor autem Ammonium ſcripſiſſe

crementa. Unum ſolummodo Inteſtinum eſt, cujus initium a ventriculo, & finis prope cibi exitum, partemque illam, quæ podex appellatur. Multiplex tamen, ſi ſubſtantiam ſpectes & uſus varios, & figuram. Hinc dividuntur Inteſtina in exilia ſeu tenuia: & majuſcula ſeu craſſa. Hæc omnium eſt ſeries. Duodenum, ubi exortus ventriculi ad Inteſtina: Jejunum, medium inter ventrem ſuperiorem, in quo cibus crudus adhuc, & inferiorem, in quo ſupervacua excrementa: Ileum: Præterea de inteſtino cœcum quid ac prætumidum, quod Colon dicitur: Rectum,

pſiſſe βάναυσος ἐστὶ, ὁ δίχα λόγου τινὸς ἐπιτηδεύματος ſc. ἔμπειρος καθεστώς. contra δίχα male pro διὰ legitur apud Rufum Epheſium lib. I. p. 40. τοῦτο μὲν δὴ οἷόν ἐστιν, αἱ ἀνατομαὶ δίχα δείξουσιν. leg. διαδείξουσιν. Redit mihi quoque in mentem locus Ariſtæneti lib. II. epiſt. X. p. 236. καὶ κινδυνεύω τὴν ἐμὴν προσαπολέσαι ψυχὴν, διὰ τυχὸν ἐρωμένην. Cl. Pauw legit διὰ τύπον ἐρωμένης. Sed pace ejus dixerim, hoc mihi non ſatisfacit, & auſim affirmare Ariſtænetum ſcripſiſſe δι' ἄψυχον ἐρωμένην. Theodorus Prodromus in Amarant. pag. 437. Στρατοκλῆς ἄρτι νύμφιος, ὁ ἰατρὸς, ὁ τραγέρων, ὁ κορυζῶν τῆς πολιᾶς κ. τ. λ. Convitiis petit Stratoclem, inter quæ tamen non puto eſſe referendum, quod medicus fuerit, quapropter pro ἰατρὸς lego ἰαπετὸς. ſic mox eum quoque vocat, quod miror perſpicaciſſimum Gaulminum non animadvertiſſe. Phile de Animal. Prop. c. 35. v. 36.

> Τὸ γὰρ ὀδωδὸς, οὐχ ἑκὼν ἄν
> τις φάγοι.

Merito Cl. Pauw τὸ τις ſuſpectum fuit, hariolor autem autorem ſcripſiſſe λῖς, id eſt, leo. Autor de erroribus Ulixis c. 2. p. m. 8. μετὰ δὲ πάντα εὑρεῖν καὶ θέαν

ὁδὸν διατείνῃ τοῦ περιττώματος. Καὶ τοῖς μὲν τοῦτο τὸ [1] μόριον κνισῶδες, τοῖς δὲ ἀπίμελον. Πάντα [2] δὲ ἔντερα ἕλικας ἔχει πλείους. Ταῦτα δὲ πάντα μεμηχάνηται τῇ φύσει, πρὸς τὰς ἁρμοττούσας ἐργασίας περὶ τὴν τροφὴν, καὶ τοῦ γινομένου περιττώματος. [3] Ἡ μὲν εὐρυχωρία ποιεῖ πλῆθος ἐπιθυμίαν· ἡ δὲ εὐθύτης, ταχυτῆτα ἐπιθυμίας.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

[4] Τὸ μεσεντέριον ἐν μέσῳ ἐστὶ τῶν ἐντέρων, ὑμενῶδες, καὶ πλατὺ, καὶ πῖον. Ἐξήρτηται δ' ἐκ τῆς μεγάλης φλεβὸς, καὶ τῆς ἀορτῆς, [5] δι' αὐτοῦ φλέβες πολλαὶ καὶ πυκναὶ, καὶ κατατείνουσαι πρὸς τὴν τῶν ἐντέ-

ρων

εἶναι τὸ ἄντρον τυρῶν καὶ ἀρνῶν καὶ ἐρίφων. pro θεῖαι legendum cum Obſopœo θειᾶται, ſed ut τὸ μετὰ explicarent, varia cominiſcuntur Viri Eruditi· tu autem lege μεστὰ & locus erit ſanus. Simeon Sethi de Aliment. c. x. p. 9. ὃ καὶ παράδοξον δοκεῖ τὰ ἔξωθεν ἐπιτιθέμενα βλάπτειν τὰ ἔσω. pro βλάπτειν procul dubio legend. βάπτειν. Pronunciationis affinitas Alciphroni quoque obfuiſſe videtur lib. III. Ep. LXII. p. 430. καὶ ἡ ἐπικήδειος γραῦς ἣν Εὐ[illegible] ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν καλεῖν εἰώθασιν, ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ βιάζεσθαι hæc ultima verba utique mihi depravata videntur, quapropter ea ſic reſtituerem ἐκ τοῦ πάντας πτοιεῖν καὶ βιάζεσθαι. quod omnes perterreat & vim illis inferat.

1. Μόριον. poſt μόριον addit Ariſtoteles ὁ καλούμενος πρωκτὸς, quæ verba Laurembergius in verſione, haud dubie ex Ariſtotele, expreſſit, ac inde pro κνισῶδες & ἀπίμελον, apud Ariſtotelem legitur κνισώδης & ἀπίμελος.

2. Ἔντερα. leg. πάντα δὲ τὰ ἔντερα.

3.

ctum, quod ad excrementorum usque exitum pertendit. Hæc extrema pars, podex adpellata, nonnullis pinguis eſt: nonnullis ſine pinguedine. Cæterum inteſtina omnia anfractibus pluſculis convoluta ſunt: quæ omnia Natura molita eſt, ad congruam confectionem alimentorum, & excrementi transmiſſionem. Inteſtinorum laxitas cibi aviditatem adauget. Eandem aviditatem accelerat eorundem rectitudo.

CAPUT XII.

Lactes in mediis hærent inteſtinis: Suntque membranoſum corpus, latumque & pingue. Per eas ex vena majori & aorta multæ venæ frequenti concurſu diſſeminantur, & per inteſtinorum orbes diſperguntur, de ſupremis ad ima

3. Ἡ μὲν εὐρυχωρία. leg. ἡ μὲν γὰρ εὐρυχωρία, ut recte legitur apud Ariſtotelem.

4. Τὸ μεσεντέριον. lib. I. H. A. c. 16.

5. Δι' αὐτοῦ. Ariſtoteles loc. cit. καὶ δι' αὐτοῦ. noſter id omiſit, vel librarii, qui ſæpius hac ratione autoribus tenebras offuderunt. Theophraſtus in Charact. Eth. c. 8. p. 85. καὶ πάντα γὰρ συμφωνεῖν· ταὐτὰ λέγειν περὶ τῆς μάχης. ſuſpicor ſic legend. καὶ πάντας (ut recte corrigit Caſaubonus) γὰρ συμφωνεῖν, καὶ ταὐτὰ λέγειν περὶ τῆς μάχης. Ariſtænetus lib. I. ep. 13. p. 88. ἀθρόον ὁ σφυγμὸς ἄτακτον ἥλατο. Vir Cl. quærit nonne potius legendum ἀθρόον ὁ σφυγμὸς ἄτακτος ἥλατο. ſed malim legere ἀθρόον ὁ σφυγμὸς καὶ ἄτακτον ἥλατο. Particulam hanc ſæpe eſſe omiſſam, ubi antecedens vox in σ deſineret, vel cum illa litera eſſe permutatam obſervavit Vir Celeberrimus Jo. Alberti in Omiſſis ad Gloſſarium Græc. in N. F.

ρων θέσιν, ἄνωθεν ἀρξάμεναι μέχρι κάτω· [1] Ἡ τοῦ μεσαραίου φύσις ἐστὶν, οἷον ῥίζας ἔχουσα τὰς δι' αὐτῆς φλέβας, [2] πρὸς τὴν τροφήν. Τὰ μὲν γὰρ φυτὰ τὰς ῥίζας ἔχει εἰς τὴν γῆν· τοῖς δὲ ζώοις ἡ κοιλία, καὶ ἡ τῶν ἐντέρων δύναμις, ἀντὶ γῆς ἐστὶν, ἐξ ἧς δεῖ λαμβάνειν τὴν τροφήν.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Τὸ δὲ Πάγκρεας ὑπὸ τὴν κοιλίαν, καὶ ἔντερον δωδεκαδάκτυλον, καὶ φλέβα μεγάλην, κεῖται.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

[3] Νεφροὺς δὲ καὶ Κύστιν τὰ μὲν ζωοτόκα τῶν τετραπόδων πάντ' ἔχει· [4] Οὐδὲν δὲ νεφροὺς, οὔτε τῶν πτερωτῶν, καὶ λεπιδωτῶν ἔχει, οὔτε τῶν φολιδωτῶν, πλὴν αἱ χελῶναι· [5] Καρδία μὲν καὶ ἧπαρ ἅπασιν ἀναγκαῖα τοῖς ζώοις· [6] οἱ δὲ νεφροὶ τοῖς ἔχουσιν οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ τοῦ εὖ καὶ καλῶς ἕνεκεν, ὑπάρχουσι· [7] Πρὸς γὰρ τὸ περίττωμα τὸ εἰς τὴν κύστιν ἀποκρινόμενον καὶ ἀθροιζόμενόν εἰσι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, ἐν ὅσοις πλεῖον ὑπόστημα γίνεται τὸ τοιοῦτον· [1] Ἔ-

1. Ἡ τοῦ μεσαραίου. lib. IV. de P. A. c. 4. pro μεσαραίου Ariſt. μεσεντερίου.

2. Πρὸς τὴν τροφήν. Hæc verba autor addit.

3. Νεφροὺς. lib. II. H. A. c. 16.

4. Οὐδὲν δ. lib. III. de de P. A. c. 9.

5. Καρδία. lib. III. de P.

ima usque. Natura lactium eſt, venas ſibi inſitas habere in gratiam nutricatus. Ut enim plantæ radicibus innixæ telluri, cibum inde hauriunt: ita animalibus ventriculus & inteſtinorum vires pro tellure ſunt, a quibus capiunt alimenta.

CAPUT XIII.

Pancreas ventriculo & inteſtino duodeno & Venæ majori ſubjicitur.

CAPUT XIV.

Renes & veſicam quadrupeda omnia, quæ animal gignunt, acceperunt. Nullum vero pennatum eos habet, nullum ſquammatum, nullum corticatum, ſolam teſtudinem ſi exceperis. Profecto Cor & Jecur nulli non animalium neceſſario conceſſa fuerunt: At renes nulla neceſſitate habentur: ſed ſaltem ut melius ſit & locupletius. Creata enim ſunt a Natura ad excrementum ſolum, quod in veſicam ſecedit atque inibi colligitur; ſcilicet in illis animalibus in qnibus excrementi hujuſcemodi uberior proven-

P. A. c. 7. quæ verba noſter repetit c. 18.

6. οἱ δ. lib. III. de P. A. c. 7.

7. Πρὸς γὰρ τὰ περίττωμα τὸ εἰς τὴν κύστιν ἀποκρινόμενον καὶ ἀθροιζόμενον. pro iis ſic legitur apud Ariſtotelem l. c. τοῦ γὰρ βελτιώσεως χάριν τοῦ εἰς τὴν κύστιν ἀθροιζομένης.

[1] Ἔχουσι δ' οἱ νεφροὶ πάντες κοῖλον, ἢ πλεῖον ἢ ἔλασσον, πλὴν οἱ τῆς φώκης, καὶ τοῦ βοὸς, καὶ τοῦ ἀνθρώπου· Οἱ δὲ τοῦ ἀνθρώπου νεφροὶ οὐχ ὁμαλεῖς εἰσὶν, ἀλλὰ ὥσπερ συγκείμενοι ἐκ πολλῶν νεφρῶν μικρῶν· Διὸ καὶ τὸ ἀῤῥώστημα τοῖς ἀνθρώποις δυσαπάλλακτον αὐτῶν [2] ἐστὶ· [3] Ὁ δ' ἀπὸ τῆς φλεβὸς τείνων πόρος οὐκ ἀποτελευτᾷ πρὸς τὸ κοῖλον τῶν νεφρῶν, ἀλλ' εἰς τὸ σῶμα τῶν νεφρῶν καταναλίσκεται· [4] Ταῦτα δ' ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον, ὅπως ἐκ μὲν τῆς φλεβὸς τὸ περίττωμα τῆς ὑγρότητος βαδίζῃ εἰς τοὺς νεφροὺς· ἐκ δὲ τῶν νεφρῶν ἡ γιγνομένη ὑπόστασις, διηθουμένων τῶν ὑγρῶν διὰ τοῦ σώματος τῶν νεφρῶν, εἰς τὸ μέσον [5] συῤῥέῃ· Διὸ καὶ δυσωδέστατον τοῦτο τῶν σπλάγχνων ἐστίν. Ἐν πᾶσι δὲ τοῖς ἔχουσι νεφροὺς ὁ δεξιὸς [6] ἀνώτερος τοῦ ἀριστεροῦ, [7] καὶ ἐλάττω δὲ πιμελὴν ἔχει, καὶ αὐχμηρότερος· [8] Τὸ ἧπαρ ἅπτεται τοῦ δεξιοῦ νεφροῦ ἐν πᾶσιν· Ἐν τοῖς δεξιοῖς γὰρ τὸ ἧπαρ.

1. Ἔχουσι. lib. III. de P. A. c. 9.

2. Ἐστὶ. leg. ἐστίν.

3. Ὁ δ' ἀπὸ. loc. cit. Verum lib. III H. A. c. 4. ſic legitur φέρουσι δὲ καὶ εἰς τοὺς νεφροὺς ἀπό τε τῆς μεγάλης φλεβὸς, καὶ τῆς ἀορτῆς, φλέβες· πλὴν οὐκ εἰς τὸ κοῖλον, ἀλλ' εἰς τὸ σῶμα καταναλίσκονται quæ verba quo magis conſidero, tanto ſane magis adducor, ut credam excidiſſe poſt κοῖλον verbum τελευτῶσι, nullus autem interpretum hæc verba intellexit; videtur autem Ariſtoteles dicere non terminari ac deſinere vaſa illa in cavitate renum, ſed per corpus eorum diſpergi atque abſumi.

4.

ventus. Ineſt renibus omnibus cavitas quædam modo amplior, modo conſtrictior, præterquam vitulinis marinis, bubulis & humanis. Privatim vero hominis renes nequaquam æquabiles ſunt, ſed quaſi compoſiti ex pluribus exiguis renibus: quo fit ut eorum adfectus difficulter curari poſſint hominibus. Meatus qui ex vena eo pertendit, non ſubit ipſam renum cavitatem; ſed in eorum corpus abſumitur. Hæc ideo a Natura facta ſunt, ut ex vena excrementum humidum ad renes deduceretur, ipſumque ſedimentum, humoribus per corpus renum percolatis, ex renibus conflueret in medium. Hinc eſt quod inter omnia viſcera renes peſſime oleant. Omnibus, quæ renes habent, dexter quam ſiniſter elatiori loco hæret, habetque parciorem adipem & ſqualidior videtur. Jecur dextrum renem in omnibus tangit: ſitum enim eſt jecur in dextro latere. Pingue plenius renes ambit quam cætera vi-

4. Ταῦτα. lib. III. de P. A. c. 9.

5. Συῤῥέῃ. addit Philoſophus: οὗ τὸ κοῖλον οἱ πλεῖστοι ἔχουσιν αὐτῶν, quæ verba noſter Epitomator omiſit.

6. Ἀνώτερος Ariſtot. addit ἐστὶ, & pro ἀνώτερος habet ἀνωτέρω. Verum lib. I. H. A. c. 17. ubi eadem verba habentur, legitur ἀνώτερος, quem locum noſter ante oculos habuiſſe videtur. quæ enim ſequuntur, ibi habentur.

7. Καὶ αὐχμηρότερος ſupple ἐστὶ.

8. Τὸ ἧπαρ. lib. III. de P. A. c. 9.

ἧπαρ· Ἔχουσι δ' οἱ νεφροὶ μάλιστα τῶν σπλάγχνων πιμελὴν; διὰ τὸ διηθεῖσθαι τὸ περίττωμα δι' αὐτῶν· Τὸ γὰρ λειπόμενον αἷμα εὔπεπτον ὄν· [1] τέλος δ' εὐπεψίας αἱματικῆς, πιμελή ἐστιν· ἐν αὐτοῖς μὲν οὐ γίνεται τοῖς νεφροῖς, διὰ τὸ πυκνὸν εἶναι τὸ σπλάγχνον· ἔξω δὲ [2] περίσταται· Ἕνεκα δὲ σωτηρίας, καὶ τοῦ θερμὴν εἶναι τὴν φύσιν τὴν τῶν νεφρῶν· Ἔσχατοί τε γὰρ ὄντες, ἀλέας δέονται πλείονος.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

[3] Ἐκ δὲ τοῦ κοίλου τῶν νεφρῶν φέρουσι πόροι [4] ἄναιμοι εἰς τὴν κύστιν δύο νεανικοὶ· ἐξ ἑκατέρου, εἷς· καὶ ἄλλοι ἐκ τῆς [5] ἀορτῆς ἰσχυροί. [6] Αἱ δὲ φλέβες κοῖλαι καὶ νευρώδεις τείνονται παρ' αὐτὴν τὴν ῥάχιν, διὰ τῶν στενῶν· Εἶτα εἰς ἑκάτερον τὸ ἰσχίον ἀφανίζονται· καὶ πάλιν δῆλαι γίνονται, τεταμέναι πρὸς τὸ ἰσχίον· Αὗται δὲ αἱ [1] ἀπο-

1. Τέλος δ'. male in quibusdam Ariſtotelis editionibus legitur δι'.

2. Περίσταται. Ariſtot. περιΐσταται recte.

3. Ἐκ δὲ τοῦ. lib. I. H. A. c. 17.

4. Ἄναιμοι. deeſt loc. cit. ſed lib. III. de P. A. c. 9. ubi eadem iterum verba occurrunt, additur.

5. Ἀορτῆς. Cur Laurembergius vertat *ex vena aorta*, neſcio.

6. Αἱ δέ. Ariſtot. ἐκ μέσου δὲ τῶν νεφρῶν ἑκατέρου φλὲψ κοίλη καὶ νευρώδης ἐξήρτηται, τείνουσα παρ' αὐτὴν τὴν ῥάχιν, διὰ τῶν στενῶν. ceterum hæc verba ſic vertit Gaza, ut Laurem-

viſcera: Colatur enim per eos transmiſſum excrementum. Concoqui enim facile poteſt, quidquid relinquitur ſanguinis: Finisque bonæ coctionis ſanguineæ eſt pinguedo. Ipſi quidem renum ſubſtantiæ pingue haut innaſcitur; quia nimis denſum eſt hoc viſcus: ſed foris ſolum adhæret. Fit vero hoc ipſum ob ſalutem; ut calidior fiat renum natura. Infima enim fere parte ventris hærentes pluſculo tepore opus habent.

CAPUT XV.

E cavitate renum deferuntur bini inſignes meatus exſangues, adusque veſicam: ſinguli e ſingulis: atque etiam alii ſatis robuſti ex vena aortâ. Cæterum venæ hæ cavæ ac nervoſæ anguſto itinere ſpinam prætereunt. Poſt in utramque coxam abolentur; & mox iterum conſpicuæ factæ, ad eandem coxam porriguntur:

rembergius; aliter longe Scaliger, qui per ἰσχίον nates intelligit, & διὰ τῶν στενῶν vertit *per anguſta ſpinæ*, quod æque parum intelligo. Difficilis ſane hic locus atque intricatus: Ut autem libere dicam, quod ſentio, arbitror Ariſtotelem vaſa ſpermatica dicta deſcribere, & putaſſe ad veſicam ea pertinere. Sed judicent de hac re Anatomes periti: conjecturam enim tantum propono. eſt autem, ut inquit Galenus, καὶ ἄλλως μὲν ἅπας στοχασμὸς ἀμφίβολον πρᾶγμα· μάλιστα δὲ ὅταν ἔτ' ἀνθρώπου γνώμη ἠγνόηται.

[1] ἀποτομαὶ τῶν φλεβίων εἰς τὴν κύστιν καθήκουσι· Τελευταία γὰρ ἡ κύστις κεῖται· [2] Καθώρμισται δ' ἐκ τῶν νεφρῶν. [3] Ταῦτα δ' ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον, ὅπως ἐκ μὲν τῆς φλεβὸς τὸ περίττωμα τῆς ὑγρότητος βαδίζῃ εἰς τοὺς νεφρούς· [4] ἐκ δὲ τῶν νεφρῶν, διὰ τούτων τῶν πόρων, ἤδη μᾶλλον εἰς τὴν κύστιν ὡς περίττωμα ἀποκρίνηται.

ΚΕΦ. ΙϚʹ.

Περὶ δὲ τοῦ τῆς ὑγρᾶς περιττώσεως δεκτικοῦ μορίου, λοιπὸν εἰπεῖν· [5] Κύστιν δ' οὔτε οἱ ἰχθύες ἔχουσιν, οὔτε τῶν ᾠοτόκων οὐδέν. Τρέπεται γὰρ εἰς τὰς φολίδας τὸ ὑγρὸν, ὀλιγοπότων ὄντων· Ἀλλ' ἔοικεν ἡ φύσις, βουλομένη ἀποδιδόναι τοῖς ἔχουσι τὸν πνεύμονα ἔναιμον· Διὰ γὰρ τὴν ὑπεροχὴν τῆς [6] θερμότητος, ἣν ἔχουσιν ἐν τῷ μορίῳ τούτῳ, διψητικά τε ταῦτά ἐστι μάλιστα τῶν ζώων, καὶ [7] δεῖται τροφῆς ὑγρᾶς, [8] ὡς

ἐξ

1. Ἀποτμαί. Laurenberg. *fruſtula*, malim *rami* ſeu *diviſiones*: ſic familiare medicis vaſorum ramos vocare, ἀποσχίδας.

2. Καθώρμισται δ'. lib. III. de P. A. c. 9. ubi additur ἡ κύστις

3. Ταῦτα. Eadem verba etiam capite præcedente leguntur.

4. Ἐκ δὲ τῶν νεφρῶν. Ariſtot. ἐκ δὲ τοῦ μέσου, & pro ἀποκρίνηται Ariſtot. ἀποκρίνεται. utrumque probum, ſi ſcriptorem utrumque inſpicias.

5. Κύστιν. lib. III. de P. A. c. 8. Viſa etiam fuit Puella, cui veſica deficiebat & ureteres inſerebantur in vulvam. vid. Juſt. Schraderi Obſerv. Anat. Med.

tur: denique fruſtula hæc venarum in veſicam deſcendunt: quæ ultimo loco poſita eſt, e renibus dependens. Hæc omnia eum in finem a Natura facta ſunt, ut e vena excrementum humidum transiret ad renes: E renibus porro per eosdem hos ductus in veſicam ſecerneretur, jam magis magisque excrementi naturam ſortitum.

CAPUT XVI.

Sequitur ut de parte illa dicamus, quæ humidioris excrementi receptaculum eſt. Veſica tum piſces carent, tum omne animal oviparum. Faceſſit enim humor in ſquammas, cum pauco potu contenti ſint. Videtur vero Natura veſicam illis ſolum conceſſiſſe, quibus pulmo eſt ſanguineus. Enimvero propter caloris ubertatem, quæ in hoc inprimis membro deprehenditur, ſitibunda ſunt hæc præcipue omnium animalium, & indiga alimento humidiori; unde neces-

Med. Dec. IV. Obſerv. VIII. p. 231.

6. Θερμότητος. Ariſtot. φύσεως. Gaza autem θερμότητος videtur legiſſe, verum puto hanc vocem excidiſſe apud Ariſtotelem, & ſic eſſe legendum διὰ γὰρ τὴν ὑπεροχὴν τῆς θερμότητος τῆς φύσεως. ſic lib. cit. c. 6. τὰ μὴ ζωοτόκα, διὰ τὴν θερμότητα τῆς φύσεως, μείζω, καὶ πολύαιμον (ἔχει τὸν πνεύμονα).

7. Δεῖται. Ariſtot. καὶ δεῖται τροφῆς οὐ μόνον ξηρᾶς, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑγρᾶς πλέον. Sed Epimatorem hic egit noſter ut ſæpe alibi, reddendum tamen ipſi poſt ὑγρᾶς, πλέον.

8. Ὡς. Ariſtot. ὥστ᾽ quod præfero.

ἐξ ἀνάγκης καὶ περίττωμα γίνεσθαι πλεῖον· Ἀνάγκη τοίνυν εἶναί τι [1] δεκτικὸν τούτου· Διόπερ ὅσα πνεύμονα ἔχει τοιοῦτον, ἅπαντα κύστιν ἔχει· [2] Ἐστὶ δ᾽ ἡ τοῦ ἀνθρώπου κύστις ἐπιεικῶς ἔχουσα μέγεθος· [3] Ἐστὶ δὲ ἡ κύστις ὑμενοειδὴς μὲν, ἄλλο δὲ γένος ὑμένος· Ἔχει γὰρ τάσιν· Διακοπεῖσα δὲ οὐδ᾽ ἡ κύστις συμφύεται, ἀλλ᾽ ἢ παρ᾽ αὐτὴν τὴν ἀρχὴν τοῦ οὐρητῆρος, εἰ μή τι πάμπαν σπάνιον· [4] Οὐ μόνον δὲ ὑγρὸν, ἀλλὰ καὶ ξηρὰς συστάσεις διΐησιν· ἐξ ὧν οἱ λίθοι γίγνονται.

ΚΕΦ. ΙΖ΄.

[5] Ὑπὲρ τὸ διάζωμα ἐν τοῖς ἀριστεροῖς ὁ σπλὴν ἐστὶ κατὰ φύσιν· Συνήρτηται δὲ τῇ [6] κά-

1. Δεκτικόν. Ariſtot. δεκτικὸν καὶ τούτου τοῦ περιττώματος.
2. Ἐστὶ δ᾽ ἡ. lib. I. H. A. c. 17.
3. Ἐστὶ δὲ ἡ κύστις. lib. III. H. A. c. 15. ἐστὶ δὲ καὶ ἡ κύστις.
4. Οὐ μόνον. paulo aliter hæc Philoſophus loc. cit.
5. ὑπὲρ τὸ διάζωμα. lib. I. H. A. c. 17. Abſit ut credamus Philoſophum ſummum, in cujus ſcriptis ταλαίπωρος τῆς ἀληθείας ζήτησις elucet, ignoraſſe ſitum lienis ac hepatis. Scaliger idcirco ſcribit ὑπό. Profecto ſi per διάζωμα intelligis diaphragma, monſtrum alit hæc lectio; cum vero Codices eam ſervare videam, & noſtrum quoque, adducor omnino, ut credam, locum eſſe ſanum, ſed parum a Viris Doctis intellectum. Plura autem hæc vox ſignificat; de ejusmodi vero verbis recte monet Cyrillus de Trinit. c. XXI. p. 91. δέον ἐρευνᾶσθαι τὴν λέξιν ἐν ἅπασιν, εἰ πλείω δηλοῖ

ceſſario major quoque excrementi humidi proventus. Neceſſarium proinde etiam excrementi hujus receptaculum. Hinc eſt quod quæcunque pulmones habent, eadem quoque veſicam. Habet profecto hominis veſica amplitudinem, ratione cæterorum, inſignem. Subſtantia ejus membranoſa eſt: ſed tamen de alio membranarum genere: quippe quæ diſtendi poteſt. Diſciſſa veſica nunquam conſolidatur, niſi forte ad ipſum exordium ſuæ cervicis, aut certe rariſſime. Non ſolum humor, ſed & ſicca quædam excrementa huc mittuntur; quæ materia fiunt calculorum.

CAPUT XVII.

Sub ſepto transverſo in ſiniſtro latere, lienis naturalis ſedes eſt. Hic connectitur inferiori

λοιποῦ ἑνὸς, καὶ μετ' εὐκρινείας τοὺς λόγους προβαίνειν πρὸς τὰ δηλούμενα· πολλὴ γὰρ ἡ ἐκ τῆς ὁμωνυμίας ἀπάτη, καὶ πρῶτος αὕτη τρόπος ἐν τοῖς σοφίσμασιν. Per διάζωμα vero, minime intelligo ſeptum transverſum, ſed locum illum, qui cingulo circumdatur, præcincturam. ſic Ariſtoteles lib. 1. H. A. c. 13. & noſter c. 2. Τῶν δ' ὄπισθεν, διάζωμα μὲν ἡ ὀσφύς. Atque ſi ſic accipias, neceſſum non erit aliquid mutare. ζώνη etiam dicebatur hæc pars, de qua voce vide quæ ad Hypatum notamus. Neque tamen velim quisquam ſibi perſuadeat, malle me locis male affectis, violenta & inconcinna potius explicatione opitulari, quam Virorum Doctorum conjecturas admittere. Ipſe hoc ubique non probo; Ariſtænetus lib. II. epiſt. 15. p. 254.

ὁ δ'

¹ κάτω κοιλίᾳ, κατὰ τὸ ἐπίπλοον· Τὴν δ' ὄψιν ἐστὶν ὁ τοῦ ἀνθρώπου σπλὴν στενὸς καὶ μακρὸς, ὅμοιος τῷ ὑείῳ· ² Ὡς δ' ἀναγκαῖα μὲν πῶς γέγονεν ἡ τοῦ σπληνὸς φύσις, μὴ λίαν δ' ἐστὶ πᾶσι τοῖς ζώοις· Πολλὰ γὰρ οὐκ ἔχουσιν, ἢ μικρὸν καὶ στιφρὸν· Καὶ τὸ μὲν ἧπαρ καὶ ὁ σπλὴν βοηθεῖ πρὸς τὴν πέψιν τῆς τροφῆς· Φανείη γὰρ ἐπαμφοτερίζειν τούτοις τὸ ἧπαρ καὶ ὁ σπλήν· Καὶ γὰρ ὡς μονοφυὲς ἑκάτερον, καὶ ὡς ἀνθ' ἑνὸς δύο, παραπλησίαν ἔχοντα τὴν φύσιν· Τούτου αἴτιον ὅτι ἐν μὲν τοῖς ἐξ ἀνάγκης ἔχουσι σπλῆνα, δόξειεν ἂν οἷον νόθον ἧπαρ εἶναι ὁ σπλήν. ³ Διὰ δὲ τοῦ σπληνὸς, διέχει ἡ ἀπὸ τῆς μεγάλης φλεβὸς φλέψ, ἡ καλουμένη πύλη· Τείνει γὰρ ἀπ' αὐτῆς φλὲψ εἰς τὸν σπλῆνα.

ΚΕΦ.

ὁ δ' οὖν οἰκέτης εὔκτηλος, ὁ κάλος, πάντως κ. τ. λ. ſic autem interpungenda hæc verba. Sed præterea τὸ εὔκτηλος explicare ſatagunt V. D. vereor ſane ne fruſtra. ſuſpicor enim pro εὔκτηλος legendum εὐκταῖος. ſic lib. I. ep. XI. p. 76. οὗτος ἡμῖν εὐκταῖος ἐραστής. & antea quoque dixerat; τὸν σὸν μὲν οἰκέτην, ἐμὸν δὲ δεσπότην ἐρωτικὸν δοκεῖ; quæ verba itidem corrupta ac varie tentata. lego ἐμὸν δὲ δεσπότην ἐρωτικὸν δίωκε κ. τ. λ.

1. Κάτω κοιλίᾳ. ſic vocant Græci inteſtinum colon: Rufus Epheſ. lib. I. p. 38. Τὸ δὲ κῶλον, καὶ κάτω κοιλία. conf. Oribaſius Anat. p. 102. Cæterum Theodorum reprehendit Scaliger, quod lienem ſolum alvo connecti putaverit Ariſtotelem dicere, cui tamen noſter favet, vide præterea de hac re Oribaſii Anat. p. 106.

2. Ὡς δ' ἀναγκαῖα. lib. III. de P. A. c. 7. δ' omittitur.

3. Διὰ δὲ τοῦ. lib. I. H. A. c. 17. ſic autem ibi legitur. Διὰ δὲ τοῦ ἥπατος διέ-

χει

ri ventri non procul ab omento. Hominis lien figura anguſta eſt & oblonga: haut diſſimilis ſuillo. Quamquam neceſſaria quodammodo videri poſſit ſplenis natura, non tamen æque eſt omnibus animalibus. Plurima enim eo carent: aut certe exiguum habent ac rigidum. Jecur & ſplen mutuis operis juvant coctionem alimenti: videnturque ambo ancipitis eſſe naturæ. Nam & quaſi ſimplex uterque, & pro ſimplici duo ſimili prædita natura utrinque videntur. Cauſa eſt, quod in iis, quibus neceſſario conceſſus lien, lien ſit quaſi jecur adulterinum; quocirca lienem vena quædam tranſit de vena magna, quam portam vocant: Ex qua vena hæc pergit in lienem.

CA-

χεῖ ἡ ἀπὸ τῆς μεγάλης φλεβὸς, φλὲψ, ἣ αἱ καλούμεναι πύλαι εἰσὶ τοῦ ἥπατος· συνήρτηται δὲ καὶ ὁ σπλὴν τῇ μεγάλῃ φλεβὶ μόνον· τείνει γὰρ κ. τ. λ. unde apud noſtrum pro σπληνὸς lege ἥπατος, præter hoc vero nihil muto. Cum autem de ſplene ageret autor, librarii putantes hepati hic locum non eſſe, lienem ſubſtituerunt, in quo errore detegendo, nobis egregie profuit comparatio Ariſtotelis cum noſtro. Et hac ratione emaculemus Ariſtotelem libr. de Phyſiogn. c. 3. de ſignis iracundi. Θυμώδης, ὀρθὸς τὸ σῶμα, τῷ σχήματι εὔπλευρος, εὔθυμος. lege εὔρυθμος. ſic Polemo de Phyſiogn. p. m. 91. Idem loc. cit. de ſignis ſomnolenti φίλυπνοι, οἱ τὰ ἄνω μείζω ἔχοντες καὶ γυπώδεις. ultimam hanc vocem omiſit interpres. lego ὑπνώδεις autore Polemone loc. cit. οἱ τὰ ἄνω ἔχοντες μείζω, καὶ ὑπνώδεις, καὶ θερμοὶ, καὶ εὐεκτὴν σάρκα ἔχοντες. lege καὶ εὐεκτικὴν σ. ε.

ΚΕΦ. ΙΗʹ.

[1] Ὑπὲρ δὲ τὸ διάζωμα, ἐν μὲν τοῖς δεξιοῖς κεῖται, τὸ ἧπαρ. [2] Ὑπάρχει δὲ πᾶσι τοῖς ἐναίμοις. [3] Ἤδη δὲ διανοιχθέν τι τῶν τετραπόδων, ὤφθη ἔχον τὴν [4] σπλῆνα μὲν ἐν τοῖς δεξιοῖς, τὸ δ' ἧπαρ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς. Ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα ὡς τέρατα κρίνεται. [5] Στρογγύλον δ' ἐστὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου ἧπαρ, καὶ ὅμοιον τῷ βοείῳ. [6] Καρδία δὲ καὶ ἧπαρ ἅπασιν ἀναγκαῖα τοῖς ζώοις τοῖς ἐναίμοις, ἡ μὲν διὰ [7] τὴν θερμότητος ἀρχὴν, τὸ δὲ τῆς πέψεως χάριν. [8] Καὶ καλῶς μὲν ἀξιώσειεν ἄν τις, αὐτὸ τὴν ἀρχὴν εἶναι τοῦ αἵματος. Ἔχει γὰρ ἐν ἑαυτῷ [9] ὑποδοχὴν αἵματος, καὶ πασῶν τῶν φλεβῶν ἐκ τοῦ ἥπατος αἱ ἀρχαί. [10] Τὸ δ' ἧπαρ συμβάλλεται [11] πολὺ πρὸς

ita namque recte legitur apud Ariſtotelem loc. cit.

1. Ὑπὲρ δὲ τὸ. lib. I. H. A. c. 17.

2. Ὑπάρχει. lib. III. de P. A. c. 4.

3. Ἤδη δὲ. lib. II. H. A. c. 17.

4. Σπλῆνα μὲν ἐν τοῖς δεξιοῖς: Cujusmodi rara perverſi ſitus exempla, ſeu portenta, obſervarunt Gemma, Spererius, Guido Patinus, Riolanus & Thom. Bartholinus, quem vide in Anatom. Reform. lib. I. c. 14. & in Hiſt. Anat. Cent. II. Hiſt. 29. p. 220. item & Caſp. a Reies Elyſ. jucundar. Quæſt. Camp. Quæſt. XLV. p. 558. nec non Wolfii Obſerv. Chirurg. Med. XLII. p. 138. ut alios taceam. *Trillerus.*

5. Στρογγύλον. lib. I. H. A. c. 17.

6. Καρδία δὲ. lib. III. de P. A. c. 7.

7. Τὴν θερμότητος ἀρχὴν. Ariſtoteles loc. cit. τὴν τῆς θερ-

CAPUT XVIII.

Sub diaphragmate poſitum eſt jecur, dextro latere, ineſtque omnibus ſanguineis. Aliquando diſſecta quadrupede, lien dextro, jecur ſiniſtro latere contineri viſa ſunt: ſed hæc putanda præter naturæ ordinem eveniſſe. Rotundum eſt humanum jecur, ac ſimile bubulo. Cor & jecur omnibus animalibus neceſſaria ſunt, ſanguine præditis: Alterum ob fomitem caloris nativi: alterum cibi concoquendi gratia. Nec male aliquis exiſtimaverit jecur primam officinam ſanguinis. Habet enim in ſe ſanguinis receptaculum: venarumque omnium ex jecore origo. Porro jecur plurimum confert, tum ad tem-

θερμότητος ἀρχήν. Rectius & elegantius.

8 Καὶ καλῶς lib. III. de P. A. c. 4. Quanquam contrarium plane ſtatuat Ariſtoteles, inde tamen hoc hauſit, ſive potius detorſit, noſter.

9. Ὑποδοχήν. Celeb. Trillerus Comment. in Hippocr. de Anatome p. 22. noſtrum putat ὑποδοχήν dixiſſe pro δοχήν. Vereor autem, ne ingenioſum magis hoc ſit, quam verum; ὑποδοχήν enim pro quovis receptaculo uſurpant Ariſtoteles, Galenus & alii. Sic Ariſtoteles loc. cit. de corde: αὕτη γὰρ ἐστὶν ἀρχὴ καὶ πηγὴ τοῦ αἵματος, ἢ ὑποδοχὴ πρώτη. & κοῖλον μὲν, πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τοῦ αἵματος. & noſter c. 33. ὁ δὲ μαστὸς ὑποδοχὴ καὶ οἷον ἀγγεῖον ἐστὶ τοῦ γάλακτος.

10. Τὸ δ' ἧπαρ. lib. III. de P. A. c. 12.

11. Πολύ. Ariſtot. πολὺ [μέρος] quam vocem noſter non agnoſcit & commode exſulare poteſt.

πρὸς εὐκρασίαν τοῦ σώματος καὶ ὑγίειαν· [1] Ἐν γὰρ τῷ αἵματι μάλιστα τὸ τούτων τέλος· Τὸ δ᾽ ἧπαρ [2] αἱματικώτατον τῶν σπλάγχνων· Ἐστὶ δὲ τῶν φλεβῶν ῥίζωμα.

ΚΕΦ. ΙΘ΄.

Προσπεφύκασι γὰρ τῷ ἥπατι δύο φλέβες μέγισται, ἡ μὲν καλουμένη πύλη· ἡ δὲ κοίλη· [3] ἐξ ὧν ἐκχεῖται τὸ αἷμα ἀθρόον, ὥσπερ ἐξ ἀγγείων· Τὸ γὰρ πᾶν αἷμα ἐστὶν ἐν ταῖς φλεψὶν, πλὴν ὀλίγου ἐν ταῖς ἀρτηρίαις· Ἀπὸ δὲ [4] ταυτῶν καθ᾽ ἅπαν τὸ σῶμα αἱ φλέβες διατείνουσιν· [5] Τοῦ δ᾽ εἰς τὸ πᾶν διαδίδοσθαι τὸ σῶμα τὰς φλέβας, αἴτιον, τὸ παντὸς εἶναι τοῦ σώματος ὕλην τὸ αἷμα· Τοῖς δ᾽ ἀναίμοις τὸ ἀνάλογον· Συνισταμένων δὲ τῶν μορίων ἐκ τοῦ αἵματος, εὐλόγως ἡ τῶν φλεβῶν φύσις διὰ παντὸς τοῦ σώματος πέφυκε· Δεῖ γὰρ καὶ τὸ αἷμα διὰ παντὸς, καὶ περὶ πᾶν εἶναι· Ἐκ μειζόνων δ᾽ εἰς ἐλάσσους αἱ φλέβες ἀεὶ προέρχονται.

ΚΕΦ.

1. Ἐν γάρ. Ariſt. ἐν μὲν γάρ.

2. Αἱματικώτατον. Ariſtoteles loc. cit. τὸ δ᾽ ἧπαρ αἱματικώτατον μετὰ τὴν καρδίαν τῶν σπλάγχνων. Egregia autem & docta, ut ſolet, in hanc rem notat Celeb. Trillerus Comment. in Hippocr. de Anatome p. 20. cujus induſtria utinam reliquos Hip-

temperiem, tum ad ſanitatem corporis. In ſanguine enim præcipue finis horum ſitus eſt. Jecur vero inter viſcera omnia plurimo ſanguine abundat: Eſtque venarum principium.

CAPUT XIX.

Etenim adnatæ ſunt jocinori duæ inſignes venæ, quarum altera vena portæ dicitur; altera, vena cava: per quas uberrimus ſanguis in corpus derivatur, tanquam per canales quosdam. In venis enim omnis ſanguis continetur, quamvis etiam arteriæ nonnihil ejus habeant. Ab his in univerſum corpus venæ diſtribuuntur. Cæterum quod per univerſum corpus venæ diſſeminentur, cauſa eſt, quod ſanguis totius corporis materies quædam ſit: & in exſanguibus, alius quiſpiam humor ſanguini reſpondens. Cum igitur partes pleræque omnes concretæ ſint ex ſanguine, optima certe ratione venarum radices nulli non corporis parti implantantur. Oportet enim omnibus & ſingulis ſanguinem adeſſe. Denique e venis majoribus minores, minoresque porro oriuntur.

CA-

Hippocratis libros inluſtratos brevi haberemus.

3. Ἐξ ὧν. Ariſt. lib. III. H. A. c. 2. inde noſter hæc hauſit, quanquam alio ſenſu hoc ibi dicatur.

4. Ταύτων. Ariſt. τούτων.

5. Τοῦ δ' εἰς. lib. III. de P. A. c. 5.

ΚΕΦ. Κ'.

[1] Τὴν κύστιν χοληδόχον, τὴν τῷ ἥπατι προσπεφυκυῖαν τὰ μὲν τῶν ζώων ἔχει, τὰ δὲ οὐκ ἔχει. [2] Φασὶ μὲν ἔνιοι τὴν χολὴν εἶναι διὰ τοῦτο, ὅπως τῆς ψυχῆς τὸ περὶ τὸ ἧπαρ μόριον δάκνουσα μὲν, συνιστᾷ· λυομένη δ', ἵλεων [3] ποιῇ. Ἀλλ' οἱ μὲν οὐ καλῶς λέγουσιν. Ἔοικεν γάρ· ὥσπερ ἡ χολὴ καὶ ἡ [4] κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα γινομένη, περίττωμά τι ἐστὶν, ἢ σύντηξις, οὕτω καὶ ἡ περὶ τὸ ἧπαρ χολὴ περίττωμά ἐστι, καὶ οὐχ ἕνεκά τινος. Ὅσοις μὲν οὖν ἡ τοῦ ἥπατος σύστασις ὑγιεινή ἐστι, καὶ ἡ τοῦ αἵματος φύσις γλυκεῖα, ἡ εἰς τοῦτο ἀποκρινομένη, ταῦτα μὲν οὐκ ἔχει χολὴν ἐπὶ τοῦ ἥπατος. Τῶν δὲ συνισταμένων ἐξ ἧττον καθαροῦ αἵματος, τοῦτ' ἐστὶν ἡ χολὴ τὸ γινόμενον περίττωμα. [6] Ἐναντίον γὰρ τῇ τροφῇ τὸ περίττωμα, καὶ τῷ γλυκεῖ τὸ πικρόν. Καὶ τὸ αἷμα γλυκὺ, τὸ ὑγιαῖνον. Φανερὸν οὖν ὅτι οὐ τινος οὖν ἕνεκα, ἀλλ' ἀποκάθαρμά ἐστιν ἡ χολὴ, ἡ ἐπὶ τοῦ ἥπατος.

ΚΕΦ.

1. Τὴν κύστιν. lib. I. H. A. c. 17.

2. Φασὶ μὲν ἔνιοι. lib. IV. de P. A. c. 2. deeſt autem ἔνιοι apud Ariſt.

3. Ποιῇ. Ariſtot. ποιεῖ, noſtri lectionem præfero.

4. Κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα. vertit Laurembergius *alio quovis membro*, Gaza, *alia quavis corporis parte*, malim *quæ in reliquo corpore gignitur*. Haud raro autem ἄλλο ſignificat λοιπόν. Erotia-

CAPUT XX.

Veſiculam felleam jocinori adhærentem quædam animalia habent, quædam non habent. Sunt qui dicunt ideo fel adeſſe, ut animæ particulam jecori inſitam mordendo excitet, & exhilaret laxando. Sed parum illi adpoſite dicunt. Veroſimile enim eſt, quemadmodum bilis alio quovis membro genita, excrementum ſolummodo eſt, aut liquamentum: ſic quoque fel jecori adhærens excrementum eſſe, nec primo in ullius rei gratiam. Quæ igitur jecoris conſtitutionem ſalubrem habent, quorumque ſanguis jecore contentus dulcior eſt: in his nullâ prope jecur bilis reperitur. At quæ ſanguine minus puro conſiſtunt, ea excrementum felleum ſecernunt. Contrariatur enim alimento excrementum, & amarum dulci. Dulcis vero eſt ſanguis ſanus. Conſtat itaque, quod nullius proprie finis gratia fel veſicula concluſum hepati adſit, ſed ſolummodo ſit excrementum.

CA-

tianus ἄλλη κοιλίη, ἀντὶ τῆς ἡ λοιπή· πολλαχοῦ γὰρ αὐτὸς, τὸ ἄλλο ἐπὶ τοῦ λοιποῦ τίθησιν. Conon Narrat. XIII. ταύτην Πρωτεσίλαος ἐξ Ἰλίου μετὰ τῶν ἄλλων νηυσὶν ἄγων αἰχμαλώτων. Andr. Schottus mavult legere μετὰ τῶν λοιπῶν, ſed non recordabatur Vir Doctus τὸ ἄλλων idem denotare.

5. Ἐναντίον. Ariſtoteles loc. cit. ἐναντίον τε γὰρ τῇ τροφῇ τὸ περίττωμα βούλεται εἶναι.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

[1] Ἡ κοιλία κεῖται ὑπὸ τὸ διάζωμα εὐθὺς· καὶ τὸ ἔντερον ἐχόμενον, καὶ τελευτῶν πρὸς τὴν ἔξοδον τῆς τροφῆς· [2] Εἶναι τέ τινα δεῖ τόπον, ἐν ᾧ μεταβάλλει ἡ τροφή. [3] Τὸ μὲν γὰρ τὸ μόριον τὴν εἰσελθοῦσαν ἔχει· [4] Ἡ δὲ κοιλία, ἡ τοῦ ἀνθρώπου, ὁμοία τῇ κυνείᾳ· [5] Οὐ δὲ τοῖς μεγέθεσιν, οὔτε τοῖς εἴδεσιν ὁμοίως ἔχουσιν ἀλλήλοις τὰ ζῷα [6] ἄλλα· Ἀλλ' ὅσα μὲν αὐτῶν ἐστὶν ἀμφόδοντα τῶν ἐναίμων, καὶ τῶν ζωοτόκων, μίαν ἔχει κοιλίαν, οἷον ἄνθρωπος· Τὰ δ' ἄλλα οὐκ ἀμφόδοντα, ἀλλὰ κερατοφόρα, οἷον πρόβατον, αἴξ, βοῦς, πλείους ἔχει κοιλίας· ὅπως ἐπειδὴ τῆς ἐργασίας ἐλλείπει περὶ τὴν τροφὴν ἡ [7] λειτουργία τοῦ στόματος, διὰ τὴν ἔνδειαν τῶν ὀδόντων, ἡ τῶν κοιλιῶν ἑτέρα πρὸς ἑτέρας δεχομένη τὴν [1] τρο-

1. Ἡ κοιλία. lib. II. H. A. c. 17.

2. Εἶναι τε. lib. III. de P. A. c. 14.

3. Τὸ μὲν γὰρ. Ariſtot. τὸ μὲν γὰρ τὴν εἰσελθοῦσαν ἔχει μόριον, τὸ δὲ τὸ περίττωμα ἄχρηστον. Sed pro τὸ μὲν. leg. apud noſtrum τοῦτο μὲν γὰρ τὸ μόριον.

4. Ἡ δὲ κοιλία. lib. I. H. A. c. 16.

5. Οὐ δὲ. lib. III. de P. A. c. 14. pro οὐ δὲ Ariſtot. οὔτε

6. Ἄλλα. Non agnoſcunt Ariſtotelis exemplaria & videtur eſſe varians lectio, cum in quibusdam Codicibus legeretur ἀλλὰ in aliis ἀλλ'. Haud raro ſic pec-

CAPUT XXI.

Ventriculus ſepto transverſo proxime ſubeſt: & inteſtinum de eo porrectum finit ad cibi exitum. Enim vero oportuit dari conceptaculum, in quo permutetur cibus. Hæc igitur pars ingredientem hunc excipit. Hominis ventriculus ſimilis eſt canino. At nec magnitudine, nec ſpecie conveniunt ventriculi animalium cæterorum. Sed quæ dentata ſunt utrimque, & ſanguinea, & vivipara, his unus eſt: ut homini. Reliqua non dentata utrimque, ac cornigerula, qualia ovis, capra, bos, plures ventriculos acceperunt: ſcilicet, quandoquidem oris officium in cibo conterendo imbecillius eſt, propter dentium inopiam, ventriculorum unus ab altero excipit alimentum. Atque hercles hanc unam ob cauſam hoc animalium genus plu-

peccatum. Pſellus de Lapidibus p. 347. ὁ Ἄνθραξ ἐν Ἰνδοῖς μὲν ἔχει τὴν γένεσιν· ἔστι δὲ ἀνθρακίζων ἐμφερὴς, καὶ ὁ μέντοι ἐστὶ τηλεφέγγης, ὁ δὲ βραχύτητα μελάντερος. Ultima verba vertit Mauſſacus *alter vero ob exiguitatem nigrior eſt.* Sed legendum βραχύ τι, *aliquantum*. Cum vero primum eſſet ſcriptum τη alius emendavit τι unde utrumque in textum irrepſit.

7. Λειτουργία τοῦ στόματος. Ariſtot. ἡ λειτουργία ἡ τοῦ στόματος. Deeſſe autem aliquid poſt τροφὴν quivis facile videt. Sylburgius proinde ſupplet. τὴν τῆς ἐργασίας λειτουργίαν ἐκπληροῖ. & certe tale quid requiritur.

[1] τροφήν. Διὸ τὰ τοιαῦτα τῶν ζώων πλείους ἔχει τόπους καὶ μόρια.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

[2] Λοιπὸν δὲ τῶν μορίων τὰ πρὸς τὴν γένεσιν συντελοῦντα τοῖς ζώοις σκοπεῖν· Ταῦτα μὲν τοῖς θήλεσι πᾶσιν ἐντός ἐστι· τὰ δὲ τῶν ἀῤῥένων, διαφορὰς ἔχει πλείους· Τῶν δὲ γεννητικῶν μορίων τὰ μὲν τὴν γόνιμον ὕλην καταφέρει, καὶ παρασκευάζει· οἷον τὰ Ἀγγεῖα παρασκευαστικά· Τὰ δὲ πέττει· οἷον [3] οἱ Ἐπιδιδυμίδες ἢ Παραστάται· Τὰ δὲ δύναμιν δίδωσιν· οἷον οἱ Ὄρχεις· Τὰ δὲ τὸ σπέρμα καταφέρει εἰς Προστάτας, ὥσπερ ταμεῖόν τι· οἷον οἱ Πόροι οἱ καλούμενοι σπερματικοί· Τὰ δὲ διαφυλάττει τὸ εἰσφερόμενον· οἷον Προστάται· Τὰ δ' ἐπαφίησι τῇ ὑστέρᾳ· οἷον ὁ Καυλός· Τὰ δ' ἀναδέχεται τὸ ἐκβαλλόμενον· οἷον ἡ Ὑστέρα.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

[4] Τείνουσιν οὖν ἐκ τῆς ἀορτῆς πόροι δύο ἀρτηριώδεις· καὶ ἀπὸ τῆς φλεβὸς τῆς κοιλῆς δύο φλε-

1. Τροφὴν. Cum toties hic repetatur hæc vox, recordor loci in libro Rhazæ de peſtilentia, ubi male legitur. c. 4. p. 248. διαιτητέον δὲ τὴν τροφὴν ἐν ταύταις ταῖς δηλωθείταις διαίταις. lege τρόφον *nutricem*, non τρο-

pluribus ciborum repoſitoriis a Natura donatum fuit.

CAPUT XXII.

Imposterum perluſtranda veniunt membra, quæ animalium generationem abſolvunt. Hæc fœminæ omnes intus habent recondita: Maribus vero multiplici differentia eadem evariant. Igitur partium genitalium aliæ ſeminis materiam deferunt præparantque: qualia ſunt Vaſa præparantia. Aliæ coquunt: quales Paraſtatæ. Aliæ virtutem genitabilem largiuntur: quales Teſticuli. Aliæ ſemen ad paraſtatas deportant, tanquam ad promptuarium: quales pori ſeminales dicti. Nonnullæ ſemen jam adlatum conſervant, quales Proſtatæ. Nonnullæ in uterum id ejaculantur, uti penis. Denique quædam ſemen ejectum excipiunt, ut uterus.

CAPUT XXIII.

Pertendunt igitur de Aorta bini meatus arterioſi: itemque de vena cava duo venoſi, ad

τροφήν.

2. Λοιπὸν δέ. lib. III. H. A. c. I. Λοιπὸν δὲ περὶ τῶν εἰς τὴν γένεσιν συντελούντων μορίων εἰπεῖν.

3. Οἱ. leg. αἱ.

4. Τείνουσιν. lib. III. H. A. c. I. paulo autem aliter ibi legitur.

φλεβικοὶ, μέχρι τῆς κεφαλῆς ἑκατέρου τοῦ ὄρχεως, καὶ τοὺς παραστάτας· Εἰσὶ δ' οὗτοι μὲν αἱματώδεις· Φέρουσι γὰρ τὸ αἷμα, πρὸς τὸ σπέρμα γίνεσθαι.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Οἱ δὲ [2] Παραστάται τοῖς Διδύμοις ἔξωθεν [3] περιεστᾶσιν, [4] ἐν τῇ καλουμένῃ Ὀσχέᾳ.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

[5] Τὰ μὲν ὅλως τῶν ἐναίμων ζώων οὐκ ἔχει ὄρχεις· τὰ δ' ἔχει μὲν, ἐντὸς δ' ἔχει· Καὶ τῶν ἐντὸς ἐχόντων τὰ μὲν, πρὸς τῇ ὀσφύϊ ἔχει, περὶ τὸν τῶν νεφρῶν τόπον· Τὰ δὲ, πρὸς τῇ γαστρί· Ὁ δ' ἄνθρωπος [6] ἐκτὸς καὶ φανεροὺς ἔχει· [7] Δύο δ' ὄρχεις· καὶ μὲν οὔτε ταυτὸ σαρκὶ, οὔτε πόῤῥω σαρκός. [8] Ἐντὸς δ' ἔχοντα, πάντα ταχύτερα πρὸς τὴν ἐργασίαν τῶν συνδυασμῶν· Ἃ δὲ δεῖ σωφρονέστερα [9] εἶναι, ἐνταῦθα ἕλικας ἔχουσιν οἱ πόροι, πρὸς τὸ μὴ λάβρον, μηδὲ ταχεῖαν εἶναι τὴν ἐπι-

1. Τοὺς παραστάτας. Excidit πρὸς.

2. Παραστάται. Heſychius Παραστάτις. (f. παραστάτης.) ἀγγεῖον θερμαντικόν. lege σπερματικόν.

3. Περιεστᾶσιν. malim ſcribere παριστᾶσιν.

4. Ἐν τῇ. lib. III. H. A. c. I.

5. Τὰ μὲν ὅλως. lib. III. H. A. c. I.

6. Ἐκτὸς καὶ φανεροὺς. Rectum quidem illud eſt, malim tamen, ſi liceat, le-

ad capita usque teſtium & paraſtatas. Continent vero hi ſanguinem: quia ſanguinem deportant ad ſeminis generationem.

CAPUT XXIV.

Paraſtatæ vero teſtibus exterius adſiſtunt in conceptaculo, quod ſcrotum adpellatur.

CAPUT XXV.

Inter ſanguinei generis animantia, alia teſtes omnino nullos habent: alia intus concluſos habent. Rurſus eorum, quibus ſunt intus, aliis lumbis adhærent, circiter ſedem renum: aliis penitiori alvo conditi ſunt. Homo foris propendulos gerit. Teſticuli vero gemini ſunt: non quidem ejusdem cum carne naturæ, neque tamen nimis multum differentes. Quæ intus habent teſtes, omnia procliviora ſunt in venerem. At quæ caſtiora conveniebat eſſe, in iis meatus in gyros anfractusque ſunt deducti: ne cupido ve-

legere φανερῶς, ut infra cap. LV. φανερῶς ἐστὶν ἡ αἴσθησις κ. τ. λ ſed hoc leve & obvium. *Trillerus.*

7. Δύο δ' lib. I. H.A. c. 13.

8. Ἐντὸς δ', lib. I. de G. A. c. 4.

9. Εἶναι. addit Ariſtoteles loc. cit. ὥσπερ ἐκεῖ τὰ εὐθυέντερα. Cæterum vide, quæ ſupra cap. XI. pag. 20. de mæandris inteſtinorum notat, eadem enim eſt ratio.

ἐπιθυμίαν. Οἱ δ' ὄρχεις εἰσὶ πρὸς τοῦτο μεμηχανημένοι οὐ μόνον τῷ ἄῤῥενι, ἀλλὰ καὶ τῷ θήλει· Ἑκάτερον γὰρ ἔχει· Ἐστὶ γὰρ ἑκάστῃ περιττώσει τόπος, εἰς ὃν πέφυκεν ἀποκρίνεσθαι κατὰ φύσιν· οἷον τὸ μὲν οὖρον εἰς κύστιν· τὸ δὲ δάκρυον εἰς ὄμματα· Ὁμοίως δὴ τούτοις καὶ ἡ γονὴ εἰς ὄρχεις, καὶ αἰδοῖα· Οἱ δὲ ὄρχεις τῶν μορίων ἀρχηγῶν· [1] Ἀρχῆς δὲ μικρᾶς μετακινουμένης, πολλὰ συμμεταβάλλειν εἴωθε τῶν μετὰ τὴν ἀρχήν. Δῆλον δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἐκτεμνομένων. Τοῦ γεννητικοῦ γὰρ μορίου διαφθειρομένου μόνον, ὅλη σχεδὸν ἡ μορφὴ συμμεταβάλλει τοσοῦτον, ὥστε ἢ θῆλυ δοκεῖν εἶναι, ἢ μικρὸν ἀπολείπειν. [2] Δέονται δὲ σκέπης δερματικῆς οἱ ὄρχεις, καὶ καλύμματος, πρὸς τὴν σωτηρίαν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ σπέρματος πέψιν. [3] Ἐστὶ δὲ τὰ πέριξ δέρματα, τὸ Ὄσχεον, καὶ [4] Δαρτὸν, καὶ Ἐλυτροειδές.

ΚΕΦ. ΚϚ'.

Ἐκ δὲ τῶν παραστατῶν, [5] ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, πρὸς αὐτῷ τῷ ὄρχει, πόροι εἰσὶ σπερματικοὶ πυκνοὶ, καὶ νευρώδεις, ἐν οἷς οὐχ αἱματώδης, ἀλλὰ λευ-

1. Ἀρχῆς. lib. I. de G. A. c. 12.
2. Δέονται. lib. I. de G. c. 13.
3. Ἐστὶ δὲ. lib. I. H. A. c. 2.

4.

vehemens, frequentiorve ſtimulet. Teſtes vero in hunc finem molita eſt Natura: non maribus ſolum, ſed & fœminis. Ambo enim eos acceperunt. Eſtque unicuique excremento proprius locus deſtinatus, in quem ſecerni ſeponique conſuevit ex lege naturæ. Sic urina in veſicam: lacrymæ in oculos decumbunt. Sic quoque ſeminium in teſtes & veretillum. Porro teſtes habentur in numero partium principum. Principio vero vel exiguo immutato, multa ex iis, quæ a principio ſunt, ſolent immutari. Hoc in caſtratis videre eſt. Solis enim genitalibus oblæſis, univerſa propemodum forma ita commutatur, ut aut mulieres eſſe videantur, aut parum abſint. Opus vero eſt teſtibus velamine quodam & integumento: tum ad eorum conſervationem & ſalutem, tum ad ſeminium elaborandum. Velamina hujuſmodi tria ſunt: Scrotum, Dartum, & Vaginale.

Caput XXVI.

Ex paraſtatis, a capite ipſorum teſtium, oriuntur ductus ſeminales, ſpiſſi nervoſique: in quibus non ſanguineus, ſed albicans repe-

4. Δαρτὸν. Δαρτὸς aliis dicitur, ſed nil apud noſtrum mutandum.

5. Ἀπὸ τῶ. Hæc ſumſit noſter ex lib. III. H. A. c. I.

λευκὴ ἐστὶν ἡ ὑγρότης· [1] Τῆς γὰρ ἐπαναδιπλώσεως τῶν πόρων, τὸ μὲν ἔναιμον μέρος ἐστίν· οἷον τὰ ἀγγεῖα παρασκευαστικά· τὸ δ' ἄναιμον, ὃ δέχεται, καὶ δι' οὗ σπέρμα ἤδη ὂν προβαίνει· [2] Διὰ τοῦτο συνέβη, ἤδη ταύρους ἐκτμηθέντας, καὶ εὐθὺς ἐπιβάντας, ὀχεῦσαι καὶ γεννῆσαι.

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Οἱ Περιστάται εἰσὶ δύο σώματα ἀδενοειδῆ, οὐ λίαν πόῤῥω τῆς κύστεως ἐρσδόχου.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

[3] Τὸ τοῦ ἄῤῥενος αἰδοῖον, ἔξωθεν ἐπὶ τέλει τοῦ [4] θώρακος, διμερές· Ἐστὶ δὲ τὸ ὄργανον, τὸ πρὸς τὸν συνδυασμὸν, [5] καὶ νευρῶδες· [6] Τὸ μὲν ἄκρον σαρκῶδες, καὶ λεῖον, [7] ὡς εἰπεῖν, ἴσον, ὃ καλεῖται Βάλανος· Τὸ δὲ περὶ αὐτὴν, ἀνώνυμον δέρμα, ὃ, ἐὰν διακοπῇ, οὐ συμφύεται· οὐδὲ γνάθος· οὐδὲ βλεφαρίς· Κοινὸν δὲ τούτῳ καὶ τῇ βαλάνῳ, Ἀκροποσθία· Τὸ δὲ λοιπὸν μέρος χονδρῶδες, [1] εὐαυ-

1. Τῆς γὰρ. lib. 1. de G. A. c. 6.
2. Διὰ τοῦτο. lib. III. H. A. c. 1.
3. Τὸ τοῦ ἄῤῥενος. lib. 1. H. A. c. 13.
4. Θώρακος ita Ariſtoteles, noſter autem Thoracem vocat, illam tantum partem, quæ inter collum & abdomen ponitur. vid. cap. 31. conf. quæ ad Hypatum notamus in hanc rem.

5.

peritur humor. Etenim altera pars reflexionis meatuum, ſanguinea deprehenditur: ſuntque hæc vaſa præparantia: altera exſanguis, quæ & ſemen excipit, & transeunti huic viam præbet. Hinc factum eſt, quod aliquando taurus exſectus, protinus acto initu, progenerarit.

CAPUT XXVII.

Proſtatæ ſunt duo corpuſcula glanduloſa, non procul a veſica urinaria.

CAPUT XXVIII.

Maris penis, foras poſtremo thorace propendens, e duabus componitur partibus. Eſtque membrum initui deſtinatum & nervoſum. Conſtat parte ſuprema, carne æquabili facie turbinata, quam Glandem vocant. Glandem cutis integit, nomine vacans: quæ ſi ſecetur, haut unquam coaleſcit: quemadmodum nec genæ: nec palpebræ præciſæ. Totum illud, quod ex cute hac & carne conſtat, præputium eſt.

5. Καὶ νευρῶδες. videtur excidiſſe χονδρῶδες. χονδρῶδες καὶ νευρῶδες. vid. Ariſtot. l. c. & lib. IV. de P. A. c. 10.

6. Τὸ μὲν ἄκρον. lib. I. H. A. c. 17.

7. Ὡς εἰπεῖν. Laurembergius hic ut alibi ſequitur Theodorum; rectius hæc vertit Scaliger, *carne conſtat lævi, &, ut ita dicam, æquali.*

[1] εὐαυξὲς, καὶ ἐξέρχεται, καὶ εἰσέρχεται. [2] Οἱ δὲ μέγα τὸ αἰδοῖον ἔχοντες, ἀγονώτεροι εἰσὶ τῶν μετριαζόντων· διὰ τὸ μὴ γόνιμον εἶναι τὸ σπέρμα τὸ ψυχρὸν, ψύχεσθαι δὲ φερόμενον λίαν μακρὰν· [3] Θερμαινομένου δὲ διὰ τῆς κινήσεως τοῦ αἰδοίου, προέρχεται τὸ σπέρμα συναθροισθέν· [4] Ἔτι δὲ μόνον τοῦτο τῶν μορίων, ἄνευ νοσερᾶς μεταβολῆς, αὔξησιν ἔχει καὶ ταπείνωσιν· [5] Τούτων μὲν γὰρ τὸ, χρήσιμον πρὸς τὸν δυασμόν· τὸ δὲ, πρὸς τὴν τοῦ ἄλλου σώματος χρείαν· Ἀεὶ γὰρ ὁμοίως ἔχοντα ἐμποδίζοι ἄν· Διόπερ συνιέναι τε δύναται, καὶ ἔκτασιν ἔχειν, καὶ πνεύματός ἐστι δεκτικόν· Γίνεται δ' ἡ σύστασις τοῦ αἰδοίου, καὶ ἡ αὔξησις, διὰ τὸ πνεύματος πληροῦσθαι τοὺς πόρους· ἢ τοῦ ὑγροῦ αὐξανομένου, καὶ μεθισταμένου, ὁ ὄγκος μείζων γίνεται· Τὰ δὲ λίαν μεγάλα ἧττον αἴρεται.

ΚΕΦ.

1. Εὐαυξές. Ita edidi, Morſii edit. εὐαξές. ſic quoque editio Baſil. Eraſmi & Codex Scaligeri legunt.

2. Οἱ δὲ μέγα. lib. I. de G. A. c. 7.

3 Θερμαινομένου. lib. I. de G. A. c. 5.

4. Ἔτι δὲ μόνον. lib. IV. de P. A. c. 10.

5.

eſt. Pars ejus reliqua cartilaginea, augeri ampliter poteſt: adeoque & ingredi, & egredi. Quibus eſt inuſitata, & commendata faſcini luculentitas, hi ut plurimum infœcundiores vivunt iis, quibus mediocris: propterea quod ſemen frigidum infœcundum: Refrigeratur autem, dum per longum canalem decurrit. Cæterum cum per motum incaluit mentula, proſilit voluptabilis ſeminii materies ante collecta. Unum hoc inter omnia membra & tumidum fit, & flaccidum rurſus, ſine ulla valetudinis mutatione. Horum enim illud coitui ſervit: hoc vero utilitatem adfert reliquo corpori. Nam ſi perpetuo ejusdem eſſet faciei, impedimento eſſet futurum. Quapropter & contrahi poteſt & extendi, & etiam ſpirituum capax fieri. Fit vero tentigo & diſtenſio partis, quia foramina admiſſo ſpiritu implentur: vel etiam, quia humor auctus translatusque ampliorem reddit molem. Penis tamen qui amplitudine nimia adoleverit, difficilius ſe patitur erigi.

CA-

5. Τούτων μὲν γὰρ τὸ. Ariſtoteles loc. cit. τούτων γὰρ τὸ μὲν, & ſic quoque apud Noſtrum legendum. ejusmodi transpoſitiones haut infrequenter librarii parum curioſi commiſerunt.

ΚΕΦ. ΚΘʹ.

[1] Αἱ δὲ ὑστέραι τῶν ζώων, οὔτε τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχουσιν, οὐθ' ὁμοίαι πάντων εἰσίν· Ἔχουσι δὲ πάντα ἐντός· Δίκροαι δ' εἰσὶ [2] παρ' ὅσον· καὶ τὸ μὲν αὐτῶν ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι, τὸ δ' ἕτερον ἐν τοῖς ἀριστεροῖς ἐστὶν, ἡ δὲ ἀρχὴ μία, καὶ τὸ στόμα ἓν, οἷον καυλὸς σαρκώδης σφόδρα, καὶ χονδρώδης· Καλεῖται δὲ τούτων τὰ μὲν, Ὑστέρα καὶ Δελφύς· ὅθεν καὶ [3] ἀδελφοὺς προσαγορεύουσι· Μήτρα δ', ὁ καυλὸς καὶ τὸ στόμα τῆς ὑστέρας· [4] Διότι δὲ τὰς μὲν ὑστέρας ἔχουσι [5] τὰ ζῶα ἐντὸς, τοὺς δ' ὄρχεις [6] οὐχ ὅλως, αἴτιον, ὅτι ἐν ταύταις ἐστὶ τὸ γινόμενον, ὃ δεῖται φυλακῆς, καὶ σκέπης, καὶ πέψεως· ὁ δ' ἐκτὸς τοῦ σώματος τόπος, εὔβλαπτος καὶ ψυχρός· [7] Ἕλκουσιν οὖν οἱ τόποι τῆς ὑστέρας τὸ σπέρμα· [8] Τὰ δὲ ζῶα πάν-

1. Αἱ δὲ ὑστέραι. lib. III. H. A. c. 1.

2. Παρ' ὅσον. Hæc verba apud Ariſtot. l. c. non habentur, ſed aliter ibi legitur: neque tamen ſana aut intellectu facilia ſunt, quapropter leg. παρ' ὅλον. ut etiam Laurembergius videtur legiſſe.

3. Ἀδελφοὺς Heſychius. ἀδελφοί οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς δελφύος γεγονότες. δελφὺς γὰρ ἡ μήτρα λέγεται.

4. Διότι δὲ τὰς. lib. I. de G. A. c. 12.

5. Τὰ ζῶα. Ariſtoteles addit πάντα.

6. Οὐχ ὅλως. Ariſtot. loc. cit. pro οὐχ ὅλως, habet τὰ μὲν ἐκτὸς, τὰ δὲ ἐντός.

7. Ἕλκουσιν. lib. IV. de G. A. c. 4.

7. Ἕλκουσιν οἱ τόποι Significanter hoc dictum; ſed majore adhuc emphaſi Hip-

CAPUT XXIX.

Uteri animalium, nec eodem omnes ſitu habentur, nec ſimiles omnium: quamvis omnes intus latitent. Habent vero univerſim ſinus geminos, alterum in dextero latere: alterum in ſiniſtro. Initium vero unum eſt, unumque os, quaſi cervix carnea maxima parte, & cartilaginea. Vocantur autem loci ſeu uterus: unde dicti fratres uterini. Matrix vero adpellatur, oſtium & cervix. Quod uteros intra corpus abditos animalia habeant, teſtes vero non ſemper: ratio eſt, quod utero continetur foetus, qui cuſtodia, operimento, & coctione indiget. Pars vero corporis exterior tum facile oblædi poteſt, tum etiam frigeſcere. Trahunt igitur uteri loci ſemen. Animalia vero omnia in utero habent, quæ vocantur acetabula, curvami-

Hippocrates lib. de Loc. Aër. & Aq. p. 356. dixerat: οὐ δύναται ἔτι ξυναρπάζειν αἱ μῆτραι τὸν γόνον, quod Clemens Alex. II. Pædag. p. 192. ita expreſſit: διψῶσα ἡ ὑστέρα παιδοποιίας περιστέλλεται τὴν σποράν. Pariter & Latini egregie. Virgilius lib. III. Georg. ℣. 137.

Sed rapiat ſitiens Venerem, interiusque recondat.

Et jam ante ipſum Lucretius lib. IV. ℣. 1206.

- - - - - Cum ſemen forte virile
Femina immulſit ſubita vi corripuitque.

Vid. Dieterici Jatreum Hippocrat. p. 364. ubi cum his plura. *Trillerus.*

8. Τὰ δὲ ζῶα. lib. 2. de G. A. c. 7.

πάντα ἐν ταῖς ὑστέραις ἔχει τὰς καλουμένας [1] Κοτυληδόνας, τὸ μὲν περιφερὲς ἐχούσας πρὸς τὴν ὑστέραν· τὸ δὲ κοῖλον, πρὸς τὸ ἔμβρυον· Μεταξὺ δὲ τῆς ὑστέρας καὶ τοῦ ἐμβρύου, τὸ Χόριον καὶ οἱ Ὑμένες εἰσίν· Αἱ δὲ κοτυληδόνες, αὐξανομένου καὶ τελειουμένου τοῦ ἐμβρύου, γίνονται ἐλάττονες καὶ τέλος ἀφανίζονται τελειωθέντος· [2] Καὶ γὰρ [3] θήλεσί τισιν ἤδη τὸ στόμα τῶν ὑστερῶν συμπεφυκὸς διετέλεσεν· Ἤδη δ' ὥρας οὔσης τῶν καταμηνίων, καὶ πόνων γιγνομένων, ταῖς μὲν αὐτόματον ἐρράγη, ταῖς δ' ὑπὸ ἰατρῶν διῃρέθη· [4] Πολλαῖς δὲ, διὰ τὸ δεῖσθαι τῆς συνουσίας, ἢ διὰ τὴν νεότητα, ἢ διὰ τὸ χρόνον ἀπέχεσθαι πολὺν, καταβαίνουσιν αἱ ὑστέραι κάτω· Γίνεται δὲ ταῖσδε τὰ γυναικεῖα πολλάκις τρὶς τοῦ μηνὸς, ἕως ἂν συλλάβωσι.

ΚΕΦ. Λʹ.

Τὸ δὲ πέρας τῆς ὑστέρας, [5] τὸ αἰδοῖον γυναικεῖον, ἐξ ἐναντίας τῷ τῶν ἀρρένων· Κοῖλον γὰρ τὸ ὑπὸ τῆς ἥβης, καὶ οὐχ ὥσπερ τὸ τοῦ ἄρρενος ἐξεστηκός· Καὶ οὐρήθρα ἔξω τῆς ὑστε-

1. Κοτυληδόνας. de hiſce vide Gorræi Defin. Med. Foeſii Oecon. Hippocr. & Erotianum, qui merito acetabula adeſſe negat.

2. Καὶ γὰρ θήλεσι. lib. IV. de G. A. c. 4.

3. Θήλεσι. Has ἀτρήτας vocabant. Theod. Priſcianus lib. III. c. 4. de atretis. *Contingit interea certa & ſpecialis hæc paſſio fœminarum, ut aut naturaliter aliquan-*

mine ſuo cum utero conjuncta, cavo autem converſo ad foetum. Inter uterum & foetum, ſecundæ membranæque aliæ poſitæ ſunt. Acetabula, accreſcente fœtu, & ad exeundum ſe accingente, minora ſubinde fiunt: Et tandem, fœtu penitus abſoluto, obliterantur. Jam mulierculis nonnullis, orificium uteri penitus connatum fuit. Tempore vero menſtruorum dolore ſuborto, aliis ſponte disruptum, aliis diſſectum eſt a Medicis. Multis etiam, quia nimis vehementer expetiverunt congreſſum; aut quia juvenes nimis; aut quia diu non peregerunt viros, uteri verſus inferiora ruunt. His menſtrua ſæpius ter fluunt menſe, quoad pulcre plenæ fiant.

CAPUT XXX.

In uteri extremitate eſt pudendum muliebre; quod contrario modo quam virorum ſe habet. Hiatus enim pubi ſubjectus: nec ſicut maris membrum, propendulum aut exſertum. Meatus

quando clauſæ naſcantur, aut vulneribus præeuntibus cicatrice interveniente clauſæ fiant: ut præſentis indignationis interventu penitus concludantur. conf. Antonius Benivenius de *abdit. morb. cauſis* c. 28. p. m. 233.

4. Πολλαῖς δὲ. lib. VII. H. A. c. 2.

5. Τὸ αἰδοῖον. lib. I. H. A. c. 14.

στερῶν, δίοδος τῷ σπέρματι τοῦ ἄῤῥενος· Ἐν δὲ τῇ ὑστέρᾳ αἱ καλούμεναι [1] Νύμφαι, ἢ Πτερυγώματα· καὶ ἡ [2] Κλειτορίς. Τὸ δὲ σχίσμα ἐν τῷ μέσῳ, ἔχει κρημνοὺς δύο· Ὑπὲρ δὲ τοὺς κρημνοὺς ὁ [3] Κτεὶς· [4] Καταλέγεται δ' ἡ Φύσις τῷ αὐτῷ μορίῳ, ἐπί τε τῆς τοῦ ὑγροῦ ἐξόδου περιττώσεως, καὶ περὶ τὴν ὀχείαν, ὁμοίως ἐν τε τοῖς θήλεσι, καὶ τοῖς ἄῤῥεσιν· Αἴτιον δ', ὅτι ἡ γονὴ ὑγρὸν ἐστί [5] τε καὶ περίττωμα· Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, καὶ ἐν τοῖς θήλεσι, τά τε καταμήνια, καὶ ἡ περιίεται τὴν γονήν.

ΚΕΦ. ΛΑ'.

Ἑπόμενον δὲ καὶ περὶ τοῦ θώρακος διελθεῖν, ἀκολούθως τοῖς εἰρημένοις· Τὸ μὲν ἀπὸ αὐχένος μέχρι κοιλίας, [6] ὃ καλεῖται Θώραξ· [7] Θώρακος δὲ μέρη, τὰ μὲν πρόσθια· τὰ δ' ὀπίσθια·

1. Νύμφαι. Pollux lib. II. c. 4. S. 174. τὸ δὲ ἐν μέσῳ σκαῖρον σαρκίον, νύμφαι, ἢ μύρτον ἢ ἐπίδερρις ἢ κλειτορίς. pro σκαῖρον Jungermannus legit καῖρον. Phavorinus Voce. μαστοὶ habet περισκαῖρον. forte leg. σκεῖρον id eſt στερεὸν, σκληρόν. Rufus Epheſ. lib. I. p. 32. σαρκίον μυῶδες vocat, quod ſuſpicionem noſtram firmare videtur.

2. Κλειτορίς. Pollux l. c. ἢ ἐπίδερρις ἢ κλειτορίς. Falckenburgius emendat ἐπιδορίς. Heſychius. Κλειτορίς, τοῦ γυναικείου αἰδοίου, ἡ ὑποδορίς. quod probum puto nec in ἐπιδορίς mutandum, forte tamen legendum ὑποδερμίς. Rufus Epheſ. loc. cit. οἱ δὲ ὑποδερμίδα, οἱ δὲ κλειτορίδα ὀνομάζουσι. Ratio cur ſic dicatur Medicis non obſcura, videlicet quia ſub præputio latet.

3. Κτείς. Rufus Epheſ. lib. I. p. 52. Τῆς δὲ γυναικὸς

tus urinarius ab utero effertur, quo tranſitus præbetur ſemini maris. In utero quoque ſunt Nymphæ, ſeu alæ, & Clitoris. Rimæ, quæ media vulva hiat, utrimque duo labra adhærent. Supra labra poſitus eſt pecten. Abutitur Natura hac parte, & ad humidi excrementi emiſſionem; & ad coitum, tam in maſculino quam fœmineo ſexu. Ratio: quia ſeminium humor quidam eſt, isque excrementitius. Haut aliter in fœminis menſtrua quoque hâc effunduntur.

Caput XXXI.

Supereſt ut de thorace, eadem qua hactenus, ratione, pertractemus. Illa igitur pars, quæ a collo ad ventrem porrigitur, Thorax dici ſolet. Thoracis partes, aliæ ſunt anteriores; aliæ

κὸς κτεὶς μὲν τὸ ἄνω. & p. 32. Τῆς δὲ γυναικὸς τὸ αἰδοῖον, κτεὶς μὲν τὸ τρίγωνον πέρας τοῦ ὑπογαστρίου. Gloſſæ Jatricæ ineditæ, quibus utor beneficio Summorum Virorum T. Hemſterhuiſii & Jac. Ph. D'Orville, ἐπὶ τὸν κτένα, ὑπὸ τὸ ὑπογάστριον. Theodoretus Affect. Græc. Cur. Serm. III. p. m. 51. καὶ τὸν κτένα τὸν γυναικεῖον (οὕτω δὲ τὸ γυναικεῖον ὀνομάζουσι μόριον) ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις παρὰ τῶν τετελεσμένων γυναικῶν θείας τιμῆς ἀξιούμενον. *Pecten* dicitur Latinis Juvenalis Sat. v. ℣. 360.

Inguina traduntur Medicis jam pectine *nigro.*

4. Καταχρῆται. lib. IV. de P. A. c. 10.

5. Τε. Ariſtot. τι recte omnino.

6. Ὁ. Delerem lubenter τὸ ὁ.

7. Θώραξ. lib. I. H. A. c. 12.

σθια· τὰ δὲ πλευρόθεν· τὰ δὲ πνευματικὰ ὄργανα.

ΚΕΦ. ΛΒ'.

[1] Μεταξὺ δὲ τῶν ἀγκώνων τοῖς ἀνθρώποις, τοῖς δ' ἄλλοις τῶν ἐμπροσθίων σκελῶν, τὸ στῆθός ἐστι τοῖς μὲν ἀνθρώποις ἔχον πλάτος· εὐλόγως· Οὐ γὰρ κωλύουσιν οἱ ἀγκῶνες, ἐκ πλαγίου προσκείμενοι, τοῦτον εἶναι τὸν τόπον πλατύν· Τοῖς δὲ τετράποσι, διὰ τὴν ἐμπρόσθιον τῶν σκελῶν ἔκτασιν [2] ἐν τῷ μεταβάλλειν τὸν τόπον, στενὸν τοῦτ' ἐστὶ τὸ μόριον· Καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν τετράποδα τῶν ζώων οὐκ ἔχει μαστοὺς ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ.

ΚΕΦ. ΛΓ'.

[3] Τοῖς δ' ἀνθρώποις, διὰ τὴν εὐρυχωρίαν, καὶ τὸ σκεπάζεσθαι τὰ περὶ τὴν καρδίαν, οἱ μαστοὶ διήρθρωνται, σαρκώδεις ὄντες· τοῖς μὲν ἄρρεσι, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν· Ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν, παρακέχρηται καὶ πρὸς ἕτερον ἔργον ἡ φύσις· Ἀποτίθεται γὰρ ἐνταῦθα τὴν τοῖς [4] γεννομένοις τροφήν· Δύο δ' εἰσὶν οἱ μαστοὶ, διὰ τὸ

1. Μεταξὺ δέ. lib. IV. de P. A. c. 10.

2. Ἐν τῷ. Ariſtot. ἐν τῷ πορεύεσθαι καὶ μεταβάλλειν.

3. Τοῖς δ'. lib. IV. de P. A. c. 10.

4. Γεννομένοις. Ariſtot. γινομένοις recte, ſæpiſſime autem

liæ poſteriores: aliæ laterales: alia denique organa ſpiritalia.

CAPUT XXXII.

Inter lacertos hominibus poſitum eſt pectus; Cæteris, inter crura priora: habetque latitudinem pectus humanum, non ſine optima ratione. Nec enim prohibent lacerti lateribus adjuncti, quominus latum eſſe queat pectus. At quadrupedibus, quia ante ſe crura promovere coguntur dum ambulant, anguſta facta eſt haec pars: quæ etiam cauſa, quod quadrupedibus hic loci ubera non ſint poſita.

CAPUT XXXIII.

Hominibus vero, quia loci amplitudo ſat magna, & ſedem cordis operiri conveniebat, mammæ adpoſitæ ſunt pectori carnulentæ: Et maribus quidem, ob dictam rationem. In foeminis Natura iisdem utitur ad aliud inſuper opus. Reponit enim inibi nutrimentum, lac ſcilicet pro parvulis. Geminæ ſunt mammæ: quia

tem ο μικρὸν & ω μέγα inter ſe ſummutarunt librarii; unde autoribus tenebras offuderunt. Themiſtius Orat. xx. edit. Harduini p. 239. καὶ ταῦτα πάντα ὑπομένειν τὲ καὶ ἀνέχεσθαι ῥᾳδίως, ὅτι δεῖ φιλοσοφίαν οὐ λόγῳ ἀλλ' ἔργῳ ἐλέ-

τὸ δύο τὰ μόρια εἶναι, τότ' ἀριστερὸν, καὶ τὸ δεξιόν· [1] Εἰσὶ δ' οἱ μαστοὶ μανοί· καὶ τούτων ἡ θηλὴ διφυὴς, δι' ἧς ταῖς θηλείαις τὸ γάλα διηθεῖται· Ἐγγίνεται δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄρρεσι γάλα, [2] ἀλλ' ὀλιγάκις· Πυκνὴ γὰρ ἡ σάρξ τοῖς ἄρρεσι, ταῖς δὲ γυναιξὶ σομφὴ, καὶ πόρων μεστή· [3] Ἅπας δὲ μαστὸς σομφός ἐστιν οὕτως, ὥστε κἂν ἐν τῷ [4] πόματι λάβωσι τρίχα, πόνος ἐγγίνεται ἐν τοῖς μαστοῖς, ὃ καλοῦσι [5] τριχίαν· ἕως ἂν ἢ αὐτομάτη ἐξέλθῃ θλιβομένη, ἢ μετὰ τοῦ γάλακτος ἐκθηλασθῇ· [6] Μαστοὺς μὲν ἔχει

ἐλέσθαι. Petavius aliquid deeſſe arbitratur, ſed nihil deſit, modo pro ῥαδίως leges ῥάδιος. καὶ ταῦτα πάντα ὑπομένειν τε καὶ ἀνέχεσθαι ῥάδιος, ὅτι κ. τ. λ. ſubintelligitur autem verbum ſubſtantivum, quod toties omittitur.

1. Εἰσὶ. lib. I. H. A. c. 12.

2. Ἀλλ' ὀλιγάκις. Hæc verba Ariſtotelis exemplaria ignorant.

2. Ἀλλ' ὀλιγάκις. Non raro, ſed frequentius potius accidiſſe, ut verum & pingue lac in ipſis quoque virorum mammis collectum deprehenſum fuerit, ingens teſtium fide digniſſimorum nubes confirmat, quos produxit laudatus jam Bartholinus in Anat. Reform. lib. II. c. I. p. 333. quem & vid. in Hiſt. Anat. XXVII. Cent. I. p. 44. præſertim autem Caſp. a Reies, in Elyſio Camp. Quæſt. XLVII. p. 578 ſeqq. item Jo. Matthæi Quæſt. Med. XIV. p. 52. Hieron. Mercurial. de Morb. Mul. lib. III. p. 238. Chriſt. Langii Exercit. de lacte humano. cap. I. Georg. Franci. Satyr. Med. de triplici Lacte Virg. p. 9. Magni quoque Veſalii τοῦ αὐτόπτου, Lib. V. de hum. Corp. Fabrica, c. 18. p. 473. Tom. I. Opp. ſed, ut plura prætercam, noſmet ipſi olim in agro Lipſien-

quia geminæ thoracis partes, dextra & ſiniſtra. Subſtantia mammarum rara eſt: ornata geminâ papillâ; per quam colatur lac mulieribus. Sed & maribus lac provenit quandoque: quamvis raro admodum. Spiſſior enim maſculorum caro: veluti fœminarum rarior, & foraminum plena. Cæterum tam fungoſa ſunt ubera, ut ſi in poculo pilum forte hauſerit mulier, mox in mammis excitetur inde dolor; quod malum pilare vocant: nec prius ceſſet, quam pilus vel preſſus exeat ſponte, vel cum lac exſugatur. Mammas nec aves

ſienſi, piſtorem obeſum vidimus & mammoſum, e cujus mammis leniter ſaltim compreſſis, lac pingue, coctum & quaſi perfectum larga ſatis copia emicabat, quod mecum tunc plures viderunt oculati teſtes. Interim tamen, quum hæc non ordinaria & conſueta Naturæ lege, ſed modo inſolito fiant; recte hoc ſenſu ſcripſit ſapientiſſimus Hippocrates Lib. de Glandulis, τὸ γάλα ποιέουσι μὲν αἱ γυναῖκες, οἱ δ' ἄνδρες οὐ ποιέουσι. reſpiciens nempe ad id, quod ſemper & ubique fit; non quod raro atque parce: a potiori ergo fit denominatio, ut in Scholis quidem loquuntur. Hinc & Ariſtoteles & Hippocrates placide inter ſe conſpirant. *Trillerus.*

3. Ἅπας γὰρ. lib. VII. H. A. c. II.

4. Πόματι. Gaza & Laurembergius *in poculo*, malo cum Scaligero vertere *in potu.*

5. Τριχίαν. Vid. de hoc morbo Veſalius de Corp. Hum. Fabrica lib. V. c. 18. p. 472. & Mercurialis de Morb. Muliebr lib. III. c. 5. p. m. 76. & Var. Lect. lib. V. c. 4.

6. Μαστοὺς. lib. IV. de P. A. c. II.

ἔχει οὐδεὶς, οὐδ' ὄρνις, οὐδ' ἰχθῦς· Τούτου δ' αἴτιον, τὸ μηδὲ γάλα ἔχειν τούτων μηδέν· Ὁ δὲ μαστὸς ὑποδοχὴ, καὶ οἷον ἀγγεῖόν ἐστι τοῦ γάλακτος· [1] Ἔτι δὲ ταῖς γε παρθένοις, καὶ τὰ περὶ τοὺς μαστοὺς γίνονται διαφερόντως ἑτέραις πρὸς ἑτέρας· Αἱ μὲν γὰρ πάμπαν μεγάλους ἴσχουσιν, αἱ δὲ μικρούς· Μελλόντων γὰρ, καὶ οὔπω γινομένων τῶν γυναικείων, ὅσῳ ἂν πλείων ἡ ὑγρότης ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλον ἀναγκάζει αἴρεσθαι ἄνω, ἕως ἂν καταρραγῇ· ὥστε τότε λάβειν ὄγκον οἱ μαστοί· Καὶ τῶν ἀρρένων δὲ ἐπιδηλότεροι γίνονται, καὶ [2] γυναικειότεροι οἱ μαστοὶ, τοῖς ὑγροῖς, καὶ [3] λείοις, καὶ μὴ φλεβώδεσι.

ΚΕΦ. ΛΔ'.

Τῶν δὲ κατὰ τὸν θώρακα μυῶν, οἱ μὲν ταῖς πλευραῖς παρακατάκεινται· οἱ δὲ μεσόπλευροι εἰσί.

ΚΕΦ. ΛΕ'.

Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ γαστέρι, καὶ ἐν τῷ θώρακι, ὀστᾶ· [4] Ἡ δὲ τῶν ὀστῶν φύσις σωτηρίας ἕνεκεν μεμηχάνηται μαλακοῦ, σκληρὰ τὴν φύσιν οὖσα, ἐν τοῖς ἔχουσιν ὀστᾶ· Ἐν δὲ τοῖς μὴ

1. Ἐκ ζ. lib. VII. H. A. c. 1.
2. Γυναικειότεροι. Ariſtot. γυναικικώτεροι.
3. Λείοις. Lauremb. *levioris*. procul dubio ex ope-

ves ullæ, nec piſces habent. Ratio: quia nec lac habent. Ubera vero vas quoddam & conceptaculum ſunt lactis. Præterea, maxima ſpectatur uberum diverſitas in puellis, ſi invicem conferantur. Aliis oppido magna: aliis exigua ſunt. Etenim adfuturis brevi, nondum vero profluentibus menſibus, quanto abundantior fuerit humor, tanto magis efferri, ſurſumque impelli neceſſum eſt: donec erumpat inferius: ut hoc pacto incrementum ſumant mammæ. Maribus etiam eminentiores, & fœminatiores redduntur mammæ, ſi illi conſtitutionis fuerint humidioris, & levioris: ſique venulenti.

Caput XXXIV.

Muſculorum thoracis, alii coſtis adjacent: alii ſunt intercoſtales.

Caput XXXV.

Oſſa non tantum in thorace quam plurima, ſed & in ventre reperiuntur. Horum Natura adhibita eſt, ut cum dura facta ſint, conſervent illa, quæ ſunt mollia, in iis, quæ oſſibus præ-

perarum incuria leg. *lævioris* ſive *læviores*.

4. Ἡ δ̃ τ̃. lib. II. de P. A. c. 8.

μὴ ἔχουσιν, ἀνάλογον· [1] Πάντα δὲ γεώδη, καὶ στερεὰν ἔχει τὴν φύσιν [2] ἐν τῇ πρώτῃ συστάσει τῶν μορίων γινομένων, ἐκ τῆς σπερματικῆς περιττώσεως· [3] Τὰ δ' ὀστᾶ ἀφ' ἑνὸς πάντα συνήρτηται, καὶ συνεχῆ ἐστὶν ἀλλήλοις· [4] Αὐτὸ δὲ καθ' αὑτὸ οὐδὲν ἐστὶν ὀστοῦν· [5] Εἴτε γὰρ κεχωρισμένον ἦν, [6] τὸ ἔργον οὐκ ἂν ἐποίει, οὗ χάριν ἡ τῶν ὀστῶν ἐστὶ φύσις· Οὔτε γὰρ ἂν κάμψεως ἦν αἴτιον, οὔτ' ὀρθότητος οὐδεμιᾶς, καὶ μὴ συνεχὲς ὄν, ἀλλὰ διαλεῖπον· Περὶ δὲ τὰ ὀστᾶ αἱ σάρκες πεφύκασι· καὶ τοῖς ἄλλοις ὕπεστιν ὀστᾶ σαρκώδεσι μορίοις· Τοῖς μὲν κινουμένοις διὰ κάμψιν, τούτου χάριν· Τοῖς δ' ἀκινήτοις, φυλακῆς ἕνεκεν· Ἀρχὴ δὲ πάντων, ἡ ῥάχις· [7] Σύγκειται δ' ἡ ῥάχις ἐκ σφονδύλων· Ἐν δὲ τοῖς προσθίοις τῆς γαστρὸς ἐστὶ τὰ τῆς ἥβης καλούμενα ὀστᾶ· Τῶν δ' ὄπισθεν ἡ ὀσφὺς ἔχων σφονδύλους τετμημένους πέντε· [8] Τὸ ὑποσπόνδυλον· καὶ ἡ ὀῤῥοπύγια· [9] Τὰ δὲ περὶ τὴν κοιλίαν ἀνόστεα, ὅπως μὴ κωλύῃ τὴν ἀνοίδησιν, τὴν ὑπὸ τῆς τροφῆς γινομένην· καὶ τοῖς θήλεσι, τὴν ἐν αὐτοῖς τῶν ἐμβρύων αὔξησιν· [10] Τὰ δὲ τοῦ θώρακος ὀστᾶ ἐστὶ περὶ

1. Πάντα δὲ. lib. II. de P. A. c. 9.
2. Ἐν τῇ. lib. II. de G. A. c. 6.
3. Τὰ δ' ὀστᾶ. lib. III. H. A. c. 7.
4. Αὐτὸ δὲ. lib. II. de P. A. c. 9.
5. Εἴτε. Ariſtot. ἔτι.
6. Τὸ ἔργον. Ariſtot. τό τ' ἔργον.
7. Σύγκειται. lib. III. H. A.

prædita: quæ vero non ſunt prædita, aliud quid, oſſibus proportione reſpondens. Terreſtris & ſolida omnium eſt indoles, genita in prima partium conformatione, ex ſeminali excremento. Oſſa alia aliis adnexa, & omnia inter ſe commiſſa, unam continuant ſeriem. Nec ullum eſt quod ſeorſum ipſum per ſe maneat. Si enim quoddam eſſet haut conjunctum cæteris, non poſſet utique munere illo perfungi, cui oſſium natura & ſeries deſtinata fuit: ſcilicet nec inflexioni ſerviret, nec rectitudini corporis, quum non continuum eſſet, ſed interceptum. Circum oſſa caro hæret: cæteriſque carnoſis membris oſſa ſuppoſita ſunt, illis quæ moventur, in gratiam motus: quæ non moventur, ob cuſtodiam. Initium cunctorum ſpina. Spina compingitur ex vertebris. Anteriori ventris parti inſunt oſſa pubis: poſteriori, lumbi, cum quinque vertebris, perviis medio foramine: Item os ſacrum: & coccyx. Ipſe porro venter oſſibus vacat: ne qua ea impedimento ſint tumori, qui a cibo adſumpto exſurgit: ne etiam in mulierculis fœtus incremento, & utero ſurgenti obſtent. Thoracis

A. c. 7.

8. Τὸ ὑποσπόνδυλον. Rufus Epheſius lib. 1. p. 32. τὸ δὲ τελευταῖον ὀστοῦν τοῦ ὀσφύος, ἱερὸν ὀστοῦν, οἱ δὲ ὑποσφόνδυλον καλοῦσι.

9. Τὰ δὲ περὶ. lib. 11. de P. A. c. 9.

10. Τὰ δὲ ὀ. Hæc noſter ſumſit ex libr. de Spiritu c. 7.

πρὸς τὸ συγκλείειν· οἷον ἡ κλεὶς, καὶ αἱ πλευραί· [1] Ἀρχὴ δὲ καὶ μέσον, ἡ ῥάχις· [2] Τῶν δὲ πλευρῶν αἱ μὲν συνάπτουσιν· αἱ δ᾽ ἄλλαι ἀσύναπτοι· Ἔστι δὲ καὶ τὸ στῆθος, [3] ἡ στέρνον ἐπὶ πλευραῖς κείμενον· [4] Νώτου δὲ μέρη ὠμοπλάται δύο, καὶ ῥάχις· Πλευραὶ δ᾽ ἑκατέρωθεν [5] δώδεκα· [6] Ἡ δὲ ῥάχις ἐστὶν, ἡ τὸ μῆκος, καὶ τὴν ὀρθότητα συνέχουσα τῶν ζώων. Ἐπεὶ δ᾽ ἀνάγκη, κινουμένου τοῦ ζώου, κάμπτεσθαι τὸ σῶμα, μία μὲν διὰ τὴν συνέχειάν ἐστι· πολυμερὴς δὲ τῇ διαιρέσει τῶν σπονδύλων.

ΚΕΦ.

1. Ἀρχὴ δὲ καὶ μέσον. Sic & Ariſtoteles, ex quo hæc fere omnia κατὰ λέξιν depromta, ut notum; & ſenſum bene in his video; interim mallem tamen legere, aut τέμενος, aut quod magis & præſertim placet ἀρχὴ δὲ καὶ μέσον, notiſſima Græcis loquutione proverbiali, ubi rei cujusdam ſummam eminentiam & prærogativam indicare volunt. Ita Hippocrates noſter, Lib. de Dec. Ornat. p. 57. αὕτη γὰρ ἀρχὴ καὶ μέσα καὶ τέλος. & lib. I. de Morb. τι αὐτῆς ἀρχὴ ἢ τελευτὴ ἢ μέσον. Lucianus quoque in Rhetorum præcept. p. 317. τὰ πρῶτα καὶ μέσα καὶ τελευταῖα ἔχων. Celeberrimus etiam apud Plutarchum, Euſebium & alios iſte verſiculus antiquiſſimus: Ζεὺς ἀρχὴ, Ζεὺς μέσσα, unde Plato in Legibus dixiſſe perhibetur a Theone in Arati Phænom. p. 3. ὁ Θεὸς ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα ἔχων, quod & laudat Plutarchus lib. de Exilio p. 601. iisdem verbis: exinde petitum illud Theocriti Idyll. XVII. ℣. 3.

---- Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω
Καὶ πύματος καὶ μέσσος.

Et

cis oſſa data ſunt, ut claudant, veluti coſtæ & claviculæ. Initium & fundamentnm quaſi immobile omnium eſt ſpina. Coſtarum aliæ inter ſe coëunt; aliæ non item. Eſt etiam os ſternum, mediis impoſitum coſtis. Dorſi partes ſunt ſcapulæ binæ, & ſpina. Coſtæ utrimque duodecim. Spina eſt quæ proceritatem largitur animalibus, & rectitudinem. Cum vero neceſſitas exigat, ut inflectatur quandoque animal, ita comparata eſt ſpina, ut una ſit continuitate; & multipartita, vertebrarum diſtinctione.

CA-

Et Theognidis in Gnomis, initio,

---- Πρῶτόν τε καὶ ὕστατον,
ἔν τε μέσοισιν
Ἀείσω.

Vid. Hug. Grot. in Obſerv. ad Arati Phænomena, item Eraſmi Adagia, in *prora & puppis*, item in *principium*, *medium & finis*. ſed hæc jam ſatis, immo plus quam ſatis. *Trillerus*.

2. Τῶν δὲ. lib. III. H. A. c. 7.

3. Ἦ στέρνον. omittunt Codices Ariſtotelis.

4. Νώτου. lib. I. H. A. c. 15.

5. Δώδεκα. Ariſtot. ὀκτώ, quam lectionem damnat Caſp. Hoffmannus lib. I. de Thorace c. 2. p. 3. qui ἑπτὰ legit, cui ſubſcribit Petrus Petitus Miſcell. Obſerv. lib. III. c. 13. & pro ἑπταπλεύρους legit ὀκταπλεύρους· locum Ariſtotelis tamen, ut vulgo legitur, etiam laudat Euſtathius Comment. ad Dionyſ. Perieg. ỳ. 76. ut hoc jam animadvertit Erud. Kuhnius ad Pollucem. lib. II. c. 4. Segm. 167. p. 235. & Lindenius Med. Phyſ. c. VI. Art. IV. p. 142.

6. Ἡ δὲ ῥάχις lib. II. de P. A. c. 9.

ΚΕΦ. Λϛʹ.

[1] Ἡ δὲ καρδία, καὶ πνεύμων, καὶ ἧπαρ, καὶ σπλὴν, καὶ νεφροὶ κεχωρισμένα τυγχάνει ἀλλήλων τῷ διαζώματι, ὅ τι καλοῦσί τινες [2] Φρένας· Ἔχει δὲ πάντα τὰ ἔναιμα αὐτὸ, καθάπερ καρδίαν, καὶ ἧπαρ· Τούτου δ' αἴτιον, ὅτι τοῦ διορισμοῦ χάριν ἐστὶ τοῦ τε περὶ τὴν καρδίαν τόπου, καὶ τὸν πνεύμονα· ὅπως ἡ [3] τῆς ζωῆς ἀρχὴ ἀπαθὴς ᾖ, καὶ μὴ ταχὺ καταλαμβάνηται, διὰ τὴν ἀπὸ τῆς τροφῆς γινομένην ἀναθυμίασιν, καὶ τὸ πλῆθος τῆς ἐπεισάκτου θερμότητος· Ἐπὶ γὰρ τοῦτο διέλαβεν ἡ Φύσις, οἷον παροικοδόμημα ποιήσασα, καὶ Φραγμὸν τὰς Φρένας· Ἔστι δὲ τὸ διάζωμα, πρὸς μὲν τὰς πλευρὰς, σαρκωδέστερόν τε καὶ ἰσχυρότερον, κατὰ μέσον δ' ὑμενωδέστερον. Οὕτω γὰρ πρὸς τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν τάσιν χρησιμώτερον· Ἔχει δὲ καὶ δι' αὐτοῦ φλέβας τεταμένας.

ΚΕΦ.

1. Ἡ δὲ καρδία. lib. III. de P. A. c. 10.

2. Φρένας. Erotianus φρένας ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι τὸ διάφραγμα. cur ſic nominetur vide apud Ariſtotelem loc. cit. aliam rationem originationis affert Schol. Homeri ad Iliad. Λ. v. 578. Φρένας δὲ ὁ ποιητὴς καὶ πάντες οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν τὸ διάφραγμα, παρ' ὅσον φλεγμαῖνον τοῦτο, ὡς νευρῶδες, ἔχει συμπάσχοντα τὸν ἐγκέφαλον, καὶ παρακολουθοῦσι μέγισται παραφρονήσεις. *præcordia* vocant Latini. vid. Plinius

CAPUT XXXVI.

Cor, pulmones, jecur, lien, renes, diſcriminantur invicem ſepto transverſo, quod diaphragma nonnulli vocant. Hoc diaphragma ineſt omnibus ſanguineis, quemadmodum & jecur, ac cor. Finis hujus eſt; ut cordis ſedem dirimat a ventre, & pulmones: quo prima vitæ origo inoffenſa ſervetur, nec facile infeſtetur exhalatione, a cibis ingeſtis ſurſum lata; copiave caloris adventitii. Hunc enim ob finem Natura hæc intercipit, interventu præcordiorum, tanquam parietis alicujus, aut ſepimenti. Eſt vero hic cinctus, qua coſtis annectitur, carnoſior & validior: media ſui parte membranoſior. Talis enim tum ad robur, tum ad prætentum eſt commodior. Continet vero etiam diſperſas per ſe undique venas.

CA-

